BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
3 E
14
13-8. 6. 15

A

DOMINI
IO. CAMILLI BILOCTAE
BENEVENTANI

DOCTISSIMI IVRISCONSVLTI,
Viri Patritij In Supremis Tribunalibus Regni Neapolitani
olim Aduocati,

AC IVDICIS, ET PARRICIDII QVAESTORIS
Oculatiſsimi in Magna Curia Vicaria,

ET DEMVM
IN REGIA CAMERA SVMMARIAE,
Fiſci Patroni integritate, atque doctrina nemini ſecundi.

DE ABSOLVTIONE IVRAMENTI
TRACTATVS

CONSCRIPTVS IN ANNO MDLXII.
Nunc verò primùm in lucem editus.

In duos Libros diuiſus.

In quorum primo de varijs contractibus plenè, in ſecundo verò de eorum facultate, qui abſolutiones concedere poſſunt, & alijs quaeſtionibus doctè, & eleganter diſſeritur.

Cui acceſſerunt eiuſdem Authoris allegationes aliquot in cauſis tam Regij Fiſci, quàm priuatorum tutandis elaboratae.

LONGANIMITATE



BIBLIOT. ROMA VITTORIO EMANUELE

NIHIL
SVPERIORVM PERMISSV.

NEAPOLI, Apud Io. Iacobum Carlinum, & Conſtantinum Vitalem M.D.C.X.

13, 3 E . 14

De Perilluſtri D. Ioanne Camillo Biloſta Iuſtitiæ ac iuris Oraculo, Hieronymus Pecorarius è Societate IESV.

Liber loquitur.

Qui mihi, qui patriæ, toti qui vixerat orbi
Non ſatis; huic rapuit trux libitina diem.
Poſtumus exorior; licuit mihi cernere lucem.
Mille alij fœtus occubuere ſimul.
Orta mihi ſupereſt patris de funere vita.
Hanc ego reddo illi, quàm dedit ille mihi.
Vnicus æterni ſeruabor nominis hæres.
Qui mihi non potuit viuere; viuo patri.

Illuſtriſsime, & Excellentiſsime Domine.

TRactatum de Abſolutione Iuramenti Io. Camilli Biloſtæ, iuris vtriuſque conſultiſsimi, ac Fiſci criminum, & Patrimonij Regij olim in hoc Regno patroni, Excellentiæ Veſtræ iuſſu perlegi, in quo eximiam doctrinam, methodum inſignem, locutionis candorem obſeruaui, & proinde opus fore peratile cunctis iuris profeſſoribus exiſtimaui, & impreſsione valde dignum. Cæterum me ſubijcio meliori iudicio Excellentiæ Veſtræ, cui me comendo. Neapoli 10. Decembris 1609.

V. E. *Deditiſſimus,*

Ioannes Andreas Georgius Regius Conſiliarius.

ERuditiſsimos inter viros olim Ioannis Camilli Biloſtæ connumerandi, virique inſignis quibuſcunque appellitandi, librum hunc practicabilem continentem materiam ſatiſque planè forenſibus vtilitatis allaturum vidi, atque perlegi quoniamque nil, quod Catholicæ fidei, & ſanctæ, boniſque moribus obſtet, inueni, idcirco editione longe dignum cenſui.

Aloiſius Riccius Canonicus deputatus.

VIncentius de Franchis Sacr. Reg. Conſ. Neap. Præſes, & Viceprothonotarius, eximius Iureconſultus, vir fœliciſsimus prole, ſatis ſuis deciſionibus notus, dum de Authore mentionem fecit in deciſ. 276. eum oculatiſsimum Fiſci patronum appellauit.

FAbius de Anna in eodem Sacr. Reg. Conſ. Conſiliarius Doctiſsimus in nouiſsimis additionibus ad cap. primum de vaſſal. decrep. ætatis Ioannis Vincentij de Anna eius patris, fol. 244. num. 143. Authorem doctiſsimum, & omnium ſcientiarum peritiſsimum denominauit.

CAmillus Borrellus I. C. præſtantiſsimus in conſilio 28. de authore loquendo, eundem Iureconſultum omni ſcientiarum genere inſtructum dixit.

IO Bernardinus Maſcatellus V. I. D. diligens practicus in tractatu de Doctoratus dignitate hæc verba de authore protulit videlicet; in quo licet proſpicere prouidentiam, de qua in l. congruitde offic. præſid.

Errata corriguntur in fine.

ILLVSTRISS. ATQ; EXCELLENTISS. DOMINO

D. IOANNI ALPHONSO PIMENTEL DE HERRERA,

BENAVENTI COMITI, ET DVCI, huius Regni Iuſtiſsimo, omnibuſque rebus præcellentiſsimo Proregi.

IOANNES BAPTISTA BILOCTA

Fœlicitatem.

CVM typis commendaturus eſſem, ea quæ conſcripſit ſuperioribus annis de Abſolutione Iuramenti Ioannes Camillus Bilocta patruus meus, magnus olim Iureconſultus, ſpectataque fidei PHILIPPI SECVNDI *Regis Catholici Auguſtiſsimæ recordationis adminiſter; Nihil mihi iuſtius viſum, quàm illius tibi dicare monumenta, ac veluti poſtumam prolem, qui ampliſsimis fuit decoratus honoribus, atque effuſa humanitate exceptus, ab Excellentiſsimo* DOMINO D. IOANNE ZVNICA *Petra Perſiæ Principe, militiæq; S. Iacobi in Caſtella maiore Commendatario, tunc huius Regni Prorege ſumma virtute prædito patruo Excellentiſsimæ* DOMINAE D. MENTIAE ZVNICAE, & RIQVESENSAE *coniugis tuæ Heroinæ digniſsimæ. Ad me quoq. pertinere exiſtimaui, tot tibi nominibus deuinctũ, ob innumerabilia in me collata beneficia, ac immortalia illa honoris inſignia, et amoris indicia, quibus Ioãnem Andreã Georgium virũ eximium dilectiſsimum ſocerũ meum, cui quàm maximè debeo, pridem inter Regios Conſiliarios cooptatum quotidie cumulas, vt hoc ſaltim exiguum, non ingratum gratæ memoriæ exiſteret argumentum. Hinc factum eſt Excellentiſsime Princeps, vt glorioſo nomini tuo, ſapientiſsimi viri labores conſecrare non ſim veritus; vt ſic mihi, & patruo conſultum ſit, mihi quidem, quod teſtatam erga nomen tuum obſeruantiam perpetuò circumferet, Illi verò quòd hac fœliciſsima commendatum inſcriptione, volumen alioqui carum, viuentium manibus excipiatur cariſsimum, vtiliſsimum poſteritati tradatur, atq; incorruptum per omnem conſequentium temporum ſeriem ab interitu vindicetur. Non hic ego (qui infinitus eſſet) laudum*

dum tuarum numerum recenſebo; patent enim oculis omnium, in ore omnium verſantur actiones illæ tuæ præclaræ, quæ in pulcherrimi, nobiliſsimiq; Regni moderatione inter nos emicuere. Illud mihi ex tot, tã tiſq; ſeligam in huius Regni adminiſtratione, in qua grauium negotiorum molem tibi impoſitam adeò ſuſtinuiſti, vt bonorum animos in tui admirationem pertraxeris, malorum verò inuidiam omninò fregeris; Dicam quid maius, ita te geſsiſti, vt poſteris gloriæ auidis, optimi Principis exemplar, et ideam, ex te ipſo imitãdam poſueris. Quid dicam de cæteris animi tui virtutibus? de intemerata religione? de ſingulari illa, tot virtutum agmine ſociata Iuſtitia, qua ſummos cum infimis pari iure retines, qua vna optimos euehis, maloſq; deprimis, qua bonis præſidio, flagitioſis terrori, vſq; adeò fuit, vt neminem quantumuis abiectum probè factorum pœnituerit, nemo quantumuis elatus malè factorum non dederit pœnas; Mitto vberem annonam Populis ſumma prouidentia partam; & in hanc Vrbem, cum ingens famis immineret calamitas, vel ab extremo Orbe cõportatam, mitto perpetuam pacis opulentiã, propter ſtatiua præſidia Hiſpanis Cohortibus tàm opportunè diſpoſita, quibus commoda Prouincialibus non vulgaria comparaſti, vt neq; bellorum externorum, neq; domeſtica patientes ſtationum incomoda, in otio tranquillo ſecuram traducunt vitam, quæ ſanè omnia te, quot quot fuere Principibus optimis adequarunt; Multa ad hæc dicenda, ſed nè animum tuum grauiſsimis occupatum curis, maiori tædio detineam, prudens abſtinebo, ſi tamen Deum Opt. Max. rogauero, vt in communem vtilitatem, ac tui ſtudioſorum ornamentum fœliciſsimos tibi producat annos.

Neapoli. Idibus Martijs. M.D.C.X.

NOBILISSIMIS, ATQ; ERVDITISSIMIS VIRIS

DD. VINCENTIO, ET IO. BAPTISTAE

Biloctæ Dominis ſuis Colendiſsimis.

Michael Angelus Lucarellus V. I. D. S.

ASSERVABAM doctiſsimas illas IO. CAMILLI patrui veſtri lucubrationes (Vicenti, & Io. Baptiſta) triſte tanti viri deſiderium (cui ſecundum Deum vitam, dignitatemque meam acceptam refero) qua poteram ratione ſolaturus. Verùm diligentius animaduertenti, non ſolum extincti gloria, ſed communis vtilitas à me flagitare ſunt viſa, vt cuius memoriæ contumaci lege mortalium conditio non potuit obſiſtere, ego multiplici beneficiorum nexu deuinctus, cum magna ſtudioſorum iactura vellem inuidere; quominus ea, quæ in frequentiſſimo, nobiliſſimoque Neapolitanæ Ciuitatis theatro, maximis perfunctus honoribus, inter forenſes, ciuileſque contentiones otioſo negotio conſcripſerat, edita typis immortalitati commendarentur. Quamobtem cum inſignes commentantium animorum fetus, tanquam, cum ſudore ſtillantes pretioſæ margaritæ, ex abditis ſapientiæ theſauris in aſpectum, lucemque proferendi meritò cenſeantur, mihi quoque in præſentia viſum, ea tandem in hoc volumen coacta poſteritati prodere, quæ ſapientiſſimus vir, de Iuramenti Abſolutione, qua erat ingenij, doctrinæque facultate præſtans, non minore cum elegantia, quàm grauitate diſputauit. Eaque vobis potiſſimum offerre volui, qui paternas, auitaſque maiorum laudes non modò tueri, ſed à primis ferè vitæ principijs augere cum ætate didiciſtis. Quibus enim aut iuris præcepta committere melius poteram, quàm conſultiſſimis, aut ſanctitatis leges quàm integerrimis, aut amantiſſimi patrui labores, quàm virtutis hæredibus, & obſequentiſſimis ex fratre nepotibus? Virtutes enim veſtræ, & animi dotes verè ſingulares, illud ſurgentis iàm gloriæ vobis faſtigium pollicentur, quo neque clariſſimo patruo, neque reliquis gentis veſtræ luminibus vitæ ſplendore ſecundi, ſanguinem illum vnde præclarum genus trahitis, nouis etiam dignitatis acceſſionibus illuſtretis. Nam etſi magnum videri poteſt Biloctorum gentem à Normandis ortam Beneuento Vrbi vetuſtate, ac belli gloria inter Ciuitates Italiæ celeberrimæ, quam ſibi delegit habitandam, egregia virorum ſerie, rebuſque geſtis ornamento fuiſſe quam maximo: magnum abuſque CAROLI PRIMI, & SECVNDI temporibus inter Salentinos veſtri generis homines Galarulæ, Leporani, Caſtriniani, Speclæ, Mallæ, Iuliani, aliorumque locorum dominatu fuiſſe potitos, & vſque ad hanc ætatem noſtram in Picentinorum vlteriore Prouincia Sagianum, Mancuſios, & Lentacem patriam meam antiquæ ditionis reliquias poſſediſſe; magnum, (præter eximium illud ſapientiæ lumen PETRVM Biloctam qui ALPHONSO ARAGONIO Regum Principi fuit à conſilijs, atque MARINVM Regiæ Cameræ Summariæ Præſidem integerimum abauum veſtrum,) prælucere tibi Vincenti SCIPIONEM patrem eo dignitatis gradu in toto Regno contra ſceleſtos, ac facinoroſos conſpicuum, ad quem inpoſterum ſupremi ordinis ab Rege Conſiliarij ſunt adoptati, & BARTHOLOMAEVM patruum equitem ſtrenuum, virum fortiſſimum, rebus belli, domique geſtis præclarum, Biſiniani Principis equitum turmæ Vicarium, & in expeditione Ferrarienſi equitum præfectum, (quod non paruo fuit Familiæ veſtræ nobiliſſimæ decori) à CLEMENTE OCTAVO Sanctiſſimo Pontifice electum. Tibique Ioannes Baptiſta HIERONYMVM auum

tuum

ruum iuris peritiſſimum, & Anconitanæ regionis legatum,pro patria ad Summos Pontifices oratorem facundiſsimum, ſuis exemplis iter ad veræ laudis gloriam aperuiſſe; Nihil tamen in vobis maius,& admiratione dignius puto, quam eò vos in ipſo iuuẽtutis flore perueniſſe,vbi ornamenta veſtra inter maiorum ſtemmata,glorioſaque facinora poſtrema non numerantur. ſentio præterea vt cõtractas ſplendidiſſimis cum familijs prætermittam affinitates quid de IOANNA parente tua dicendum Vincenti ex nobiliſsimo Valeſio Regũ Gallorũ ſanguine procreata,quidue de ANTONIA matre tua Ioannes Baptiſta, quæ de Leonũ Beneuentanorũ ſtirpe genita à Pierleonibus Romanis(vnde ferunt etiam Auguſtiſſimam,atq; inuictiſsimam Auſtriadum deriuari gentem)clariſsimum genus agnoſcit. nihilominus hæc & alia tanquam aliena ſilentio inuoluens vnum illud attingam, virtuti tuæ VINCENTI non generis nobilitati Curiam Romanã munus illud obtuliſſe,vt à ſecretis Sanctiſsimo Põtifici PAVLO V. Optimo Chriſtianæ Reipublicæ moderatori legereris. te vero IOANNES BAPTISTA Neapolitanam curiam ſequutum more maiorum,ob tuas virtutes ijs eſſe decoratum honoribus ab Excellentiſsimo D. D. IOANNE ALPHONSO PIMENTEL DE HERRERA Benuẽti Comite,& Duce,huius Regni Prorege iuſtiſsimo,atque prudentiſsimo,quæ matura iam ætate viris, decori,maximeq; laudi cenſeri ſolent, pluribus in hãc ſententiam non vtor cum animi veſtri modeſtia, quæ facilius omnia mereri, quam meritorum laudes audire nouit,perſpecta ſit. Vnum tamen ad extremum rogo,vt dum patrui digniſsimum opus intuemini,eam me, meoſq; protegendi ſuſcipiatis curam,quæ & amplitudini veſtræ,& meæ vobis obſequendi cupiditati reſpondeat. Valete Neapoli.

INDEX CAPITVM

Liber Primus.

DE duplici Abſolutionis ſpetie. Cap. I.
De læſione vltra dimidiũ, & remedio legis ſecundæ C. de reſc. vendit. Cap. II.
De eo quod metus cauſa factum fuit, & an iuramento firmetur. Cap. III.
De contractu minoris, & quomodo abſoluatur. Cap. IV.
De contractu mulierum, & Senatuſconſ. Velleiano. Cap. V.
Per ſimplicem habilitationem non tolli effectus iuramenti. Cap. VI.
An partis citatio requiratur in abſolutione iuramenti. Cap. VII.
An conceſſa abſolutione ad agendum, requiratur alia abſolutio ad obtinendum. Cap. VIII.
De verbis ipſo iure ipſoque facto. Cap. X.
De iuramento illicito. Cap. XI.
De contractu contra prohibitionem legis. Cap. XII.
De contractu doloſo, & an iuramento firmetur. Cap. XIII.
De contractu ſimulato, & eius iuramento relaxando. Cap. XIV.
De contractu vſurario, & quomodo illius iuramentum relaxetur. Cap. XV.
De iuramẽto cõtra bonos mores. Cap. XVI.
Reſponſum Authoris ſuper pacto futuræ ſucceſſionis. Cap. XVII.

Liber Secundus.

DE Eccleſiaſtica, & Sæculari poteſtate ſuper iuramento. Cap. I.
Quomodo Iudex Eccleſiaſticus abſolutione petita ſæculari Iudici inhibeat. Cap. II.
De Summo Pontifice, eiuſque in abſoluendo poteſtate. Cap. III.
De Poteſtate magni Pœnitẽtiarij. Cap. IV.
De legato Summi Pontificis. Cap. V.
De Epiſcopo, & eius Vicario. Cap. VI.
Cardinales in Eccleſijs titularibus eis ſubiectis vtrum abſoluant. Cap. VII.
De poteſtate capituli ſede vacante vtrum abſoluat. Cap. VIII.
Abbates exempti, & mitrati vtrum abſoluant. Cap. IX.
Fabrica Baſilicæ Principis Apoſtolorum vtrum abſoluat. Cap. X.
An per procuratorem peti poſſit abſolutio iuramenti. Cap. XI.
An hæres iurantis abſolui poſſit à contractu iurato per defunctum. Cap. XII.
Abſolutionẽ iuramenti Iudicis officio non per actionem impartiri. Cap. XIII.
De Periuro, & quando ſit abſolutio impetranda. Cap. XIV.
Quæ ſint exponenda in impetranda abſolutione ne ſubreptitia reddatur. Cap. XV.
De interpretatione iuramenti, & quas recipiat declarationes. Cap. XVI.
Forma abſolutionis qua Summus Põtifex concedere conſueuit.
Bulla abſolutionis Summi Pontificis, per quam alteri delegatur abſolutio.
Alia forma abſolutionis magni Pœnitentiarij.
Forma abſolutionis qua prius vtebatur fabrica Baſilicæ Principis Apoſtolorum.
Reuocatio indulgentiarum, & facultatũ fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum in Italia tantum, & Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe aliiſque pijs locis vbique conceſſarum.

INDEX ALLEGATIONVM

Allegatio I.

TRACTATVR quæſtio, an publicatio bonorum in crimine vſurarum, ſpectet Domino vtili, an verò directo.

Allegatio II.

Tractatur num ſit præſtandum adhoa ab eo, qui ſuper feudo habet annuam perceptionem

Allegatio III.

Agitur de intereſſe præſtando ab emptore, vicino retrahēti iure congrui, ob nō traditam rem tempore petitionis, & de intellectu conſuet. Neapol. de iure congrui.

Allegatio IV.

Vtrum principalis lata ſententia, poſſit ratificare geſta in eius fauorem, per procuratorem non habentē mandatum, & quando contra opinionem gloſæ, & contra communem iudicandum ſit.

Allegatio V.

Agitur ſi facta ſubſtitutione inter filios cum conditione, ꝙ altero ſine filijs decedēte ſuccedant ſuperſtites, num præ-defuncto relictis filijs hæreticis, ſuccedant ſubſtituti, tamquam purificata conditione, vel Fiſcus capiat ex perſonis incapaciū ad gloſ. in l ſi filius familias §. cum quis, ff. leg. 1.

Allegatio VI.

Tractatur de materia hęreſis, & apoſtaſiæ, & de teſtibus, & eorum probationibus in dictis cauſis.

Allegatio VII.

Agitur an vſusfructuarius, qui de benè vtendo, & reſtituendo, ſatiſdatione minimè præſtita, vſusfuerit, fructus faciat ſuos.

Allegatio VIII.

Tractatur de materia ſuſpicionis, ſeu recuſationis Iudicis, ac de reuocatione attentatorum.

Allegatio IX.

Tractatur de euictione, an debeatur nō ſequuta ſententia.

Allegatio X.

Tractatur de materia ſpolij, & de limitationibus cap. reintegranda 3. q. 1.

IO. CAMILLI BILOCTAE
I. C. DOCTISSIMI.
DE ABSOLVTIONE IVRAMENTI.
Liber Primus.

De duplici abſolutionis ſpecie. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio Iuramecti duplex.*
2 *Habilitatio ſimplex, quando concedatur.*
3 *Habilitatio contractũ non reſoluit.*
4 *Iuramenti effectus duplex, ex lapo.*
5 *Habilitatio cur ita dicatur.*
6 *Relaxatio totalis, ſeu plenaria.*
7 *Quid referat ſeruari promiſſionem vigore contractus, aut Iuramẽti.*
8 *Quando contractus nullus eſt ipſo Iure datur repetitio.*
9 *Regulatur abſolutio Iuramẽti ex primarijs cauſis reſcindendi cõtractũ.*
10 *Officium Iudicis quoddã reſcindens, aliud reſciſſorium.*
11 *Abſolutio in quam Iuramenti ſpeciem cadat.*

LEX Canonica,
veritatis pri-
mum, mox æ-
quitatis ſtatera
omnia librans,
ne ſola Iuriſiu-
randi religione
tenerẽtur con-
trahentes, vbi
principalis non ſubſiſteret contractus,
vel aliàs quouis Iuris remedio diſſolui
1 poſſet † duplicem à Iuramento abſolu-
tionem decernit, vt ſcribunt Oldrad.
conſ. 120. ad duplicem finem. Egidius
Bellamera in c. 1. nu. 4. de Iureiuran. &
Io. Maria Riminal. in conſ. 345. lib. 2.
Nempè ſimplicem habilitationẽ ex qua
iurans iuramẽti vinculo ſolutus aduer-
ſus contractum, qui de ſe illicitus non
apparet, agere, excipere, aut aliter quo-
modolibet Ius ſuum demõſtrare valeat,
item, & relaxationem ex qua contra-
ctus, qui ipſo iure nullus aut illicitus
arguitur reſoluatur in totum, & reſcin-
datur: Hanc ſecundam ſiue plenariam
abſolutionem, ſeu relaxationem, illam
verò primam, ac ſimplicem habilitatio-
nem forenſes vocant, quam itidem ad
effectum agendi, & excipiendi dicimus
2 † Prior ergò abſolutio, ſiue ſimplex ha-
bilitatio tunc conceditur, quoties con-
tractus, qui non omninò nullus, aut im-
probatus reperitur, hanc ſolam firmita-
tem ex Iuramento capit, vt efficaciter
conueniatur is qui aliàs ſine Iuramen-
to aliquo iuris beneficio vti potuiſſet,
ſiquidem hoc ſatis conſtat omnes con-
tractus ſuaptè natura reuocabiles per
Iuramẽtum irreuocabiles fieri. Glo. ſin-
gul. in l. ſi pecuniam §. 1. verſ. neceſsè
3 habeat ff. de cond. ob cauſam. † Hoc
enim caſu, quia contractus alioquin de
ſe validus eſſe potuiſſet, ſi quis Iuramẽ-
ti abſolutionem obtinuerit, non inde ſta-
tim corruet contractus, Sed habilitatio
illa, hoc ſolum operabitur, vt contraue-
niens, dum aduerſus contractum actio-
ne aliqua, vel exceptione ſe tuetur per-

iurium nun incurrat. Abb. in c. 1. nu. 12. de Iureiur. Alex. conſ. 213. viſis, ac ponderatis col. 1. lib. 7. & Socc. conſ. 115.
4 circà primũ nu. 12. lib. 1. † placuit enim Iapo. in allegat. 25. tit. de Iureiur. duplicem eſſe Iuramenti effectum vnum qui claudit os Iuranti, alterum qui validat actum aliàs prohibitum, Atq; hinc clara colligitur huius vocis ſignificatio.
5 † Ideo namq; hæc prior abſolutio habilitatio dicitur, quoniam habilem facit ad agendum eum qui anteà iuramento impediebatur, vt pulchrè explicat Riminal. in præcitato conſ. 345. in princ. cuius viri authoritate eò ſepius, ac libẽtius vtimur, quoniam florentiſſimum ſuũ diſcipulum Alexander vocat in conſil.
6 145. in princ. lib. 7. † ſi verò fuerit de per ſe nullus contractus (quod paulò ante ipſo iure diximus) tunc quia iuramentum ſolum obligat, perſonaliter ad non cõtraueniendum, nec robur aliquod dat contractui, abſolutio totalem, vt ſic dixerimus relaxationẽ importabit. Quoniam cum ex ſolo iuramento, nõ autem ex contractu obligatus fuiſſet, immediatè ac iurans eſt abſolutus, contra promiſſa venire poteſt, vt per Abb. ac cæteros in d. c. 1. de iureiur. Ang. conſ. 160. domina Catherina Alex. conſ. prædicto 213. viſis, ac põderatis nu. 2. lib. 7. Guid. Pap. q. 226. & Socc. conſ. 115. circà pri-
7 mùm col. fin. lib. 1. † ſatis autem referre verum virtute ſolius iuramẽti, an etiam, & ipſius contractus promiſſio ſit ſeruanda, ex hoc maximè intelligimus, quoniã in primis, quando ſolum adeſt iuramenti vinculum, contractus autem nullus ſit, quãuis iurans cogi poſſit perſonali actione ad obſeruandum, eo tamen mortuo euaneſcit obligatio, neq; hæres eius tenetur, vt in ſpecie decidit Bal. in repet. l. 2. ff. de iureiur. propè finem, dum tractat an virtus iuramenti tranſeat ad heredes. quod nos ſuo capite explicabimus, idem Bal. in auth. ei qui in penul. & vlt. col. C. de bon. autho. iud. poſſi. & in l. 3. C. plus vale. quod agitur, ſequitur Alexan. conſ. 129. videretur nu. 21. lib. 6. & ſcri. in au-

8 th. ſacramenta puberum. † ſecundo, quia poſtquàm impletum eſt, quod per iuramentum promittitur, ſi contractus nullus ipſo iure fuiſſet competere repetitionem tanquam indebiti: habita quoque fructuum medij temporis ratione conſentiunt omnes in ead. auth. quod vtiq; non eſſet ſi contractus tenuiſſet, vbi latius inibi aduertunt, Igneus Iaſ. & alij, & Io. Crotus in repet. l. ſtipulatiò hoc modo concepta nu. 31. cum duob. ſequen. ff. de verb. oblig. & antè illos Christoph. Por. in §. extraneus inſtit. de hære. quali. & differen. ex quibus alium habes effectum, quod quando validatur iuramento contractus, non eadem ſit abſoluendi facilitas, quẽ nos effectum ſuo loco declarabimus; ergò quoniam maxima eſt differentia inter habilitationem, & totalem relaxationem, vti etiam ſentijt Cur-
9 tius ſenior conſ. 64. col. fin. † Non ineleganter dicemus regulari generaliter iuramenti abſolutionem ex primarijs cauſis reſcindendi cõtractum, qua in re hoc idem antè omnia diſcutitur, ſit nè contractus ex ſe nullus, an verò teneat, veniat tamen aliquo iuris remedio annullandus, vt ex Rebuff. de reſciſſ. contract. ſuper conſtit. Fran. in princ. quod & antè reſpondit Ludou. Bologn. conſ. 45. nu. 9. contractum, aut nullum eſſe beneficio iuris communis, & iuramento nõ firmari, aut pretoris beneficio reſcindendum, & ſecus ex Bal. in l. 1. C. ſi aduer. vendi-
10 tio. † ſic & de officio Iudicis tractantes reſcindens aliud, aliud reſciſſorium ex noſtris pleriq; dixerunt, & de reſtitutione in integrum, cui noſtra abſolutio ſubancillatur, eo præcipuè nomine impetrari, vt ea obtẽta reſciſſoriam liceat intentare actionem, quemadmodum latiùs infrà patebit; erit autem res exemplis ſubijcienda vt clarius explicetur, ideòque vtriuſq; abſolutionis diuiſim prius ſpecies tractabimus, deinde coniunctim, à quibus concedantur, aliaſq; quæſtiones ſecundo libro expendemus.

Sed illud interim admonuiſſe per quã
11 neceſſarium eſt, † omnia quæ de vtraq; abſolu-

abſolutione dicentur, ſolummodo promiſſoriũm, ſiue etiam (ſi, & illud ex mẽte quorumdam addere velis) obligationis introductoriũ reſpicere poſſe, ad aliquas verò iuramenti ſpecies, deciſorij, ſcilicet, & aſſertorij nequaquam adaptari, pertinet enim horũ materia ad actũ iam conſumatum, & præteritũ, qui ideo mutabilis non eſt, quandoquidem iuxtà ipſius veritatem, aut falſitatem, iam fuit iuramentum, aut verum, aut falſum l. nõ erit §. dato ff. de iureiura. l. quod ſi deferente, & l. ſequenti. ff. de dolo, inde fit vt diſpenſatio in hac iuramenti ſpecie, ſuũ effectum operari non poſſit, vt eleganter explicat Diuus Tho. 2. 2. quæſt. 86. art. 9. Et nos itidem in iuramento etiã promiſſorio ſuo loco inferius explicabimus hac ipſa ratione fieri, vt à periuro, poſtquam ſemel iam venit contra proprium iuramentum fruſtra imploretur abſolutionis beneficiũ, quo, & is quoq; carere intelligitur, qui illicitè promiſsũ adimpleuit, quippe quod adimplendo, ſolutus eſt iuramento, neq; alia abſolutione indiget, quæ ligatis tantum eſt neceſſaria, vt Inno. inquit in c. venerabilem in glo. ſua ſuper ver. iuramentum de ſent. excomu. habet autem ordinarium remedium repetendi indebitè datum is, qui illicitum adimpleuit, quam repetitionẽ non impedit neq; excludit iuramentum, vt Iaſ. tradit conſ. 160. lib. 4. ſed iam ad exempla habilitationis veniamus, quæ, vt plurimum hæc ſunt, læſio vltrà dimidiam iuſti prætij, cõtractus meticuloſus, contractus minorum, & interceſſio mulierum.

De læſione vltrà dimidiam, & remedio l. 2. C. de reſcind. vendit. Cap. II.

SVMMARIVM.

1. *Contractus in quo dolus re ipſa cadit, ipſo iure valet, ſed poteſt agi ad ſupplementum.*
2. *In emptoris facultate eſt rem reſtituere. vel pretium ſupplere.*
3. *Ideo poſſeſſor interim bonæ fidei reputatur.*
4. *Et fructus medij temporis ſuos facit.*
5. *Iuramentum an tollat læſionẽ enormiſſimam.*
6. *Pro opin. negatiua deducuntur multa nu. 7.*
7. *Dolus re ipſa, ſeu præſumptus, num verò æquiparetur.*
8. *Tolli per iuramentum enormiſſimã læſionem, pro alia opin. mult.*
9. *Stante dolo re ipſa ſemper neceſſaria abſolutio.*
10. *Sed author poſt alios aliter diſtinguit.*
11. *Iuramentum mulieris minoris, & ruſtici læſionem non tollit.*
12. *In contractu minoris dolus, præſũptus, vero dolo æquiparatur.*
13. *Maior iurans, ſine abſolutione, remedio læſionis non iuuatur.*
14. *Diuerſa in hoc locorum ſtatuta.*
15. *Intuitu enormiſſimæ læſionis datur abſolutio ad finem agendi, & quid illa operetur.*
16. *Quod ampliatur, etiam ſi illud plus, donatum fuiſſet.*
17. *Et ſi iuratum eſſet omnia vera eſſe.*
18. *Et ſi renunciatum fuit omni iuris, & legum auxilijs.*
19. *Præſumitur idem dolus in renunciationibus, qui fuit in contractu.*
20. *Pariatio, pariator, & pariare, quid ſignificant.*
21. *Emptor, æquè vt venditor abſolutionis beneficio vtitur.*
22. *Læſio, & abſolutio locum habent in compromiſſo, ac deniq; in omnibus contractibus bonæ fidei.*
23. *Sed num in tranſactione latè hic expenditur.*
24. *Poſſet ne ſaltim ſupplementum pretij abſq; abſolutione peti.*
25. *Si procurator iurauit, an dominus poſſit contractum ſine abſolutione reſcindere.*

PRioris abſolu-
tionis,ſiue ſim-
plicis habilita-
tionis hoc pri-
mum à nobis
conſtituetur e-
1 xemplum † ſi
quis in contra-
ctu venditionis
vltrà dimidium iuſti pretij læſus fuerit,
dolo re tantum ipſa, quem dolum indu-
ſtrialem alij,pleriq; negotialem vocant
non etiam ex propoſito (quem decep-
tiuum dicimus) ſubſtineri ipſo iure con-
tractum in ea parte pretij, quam exol-
uit emptor, aget tamen venditor ad læ-
ſionis refectionem ex æquitate l.2.C.de
reſcin.vendit. per quam ſi nolit emptor,
non reſoluetur venditio, ſed ſupplemē-
tum pretij præſtabit, vt ex tex.d.l.2. ex
c.cum cauſam & cap. dilecti de empt.&
2 vendit. videri poteſt † quandoquidem
reſtitutio illa voluntaria eſt, non neceſ-
ſaria ex emptoris voluntate dependens,
in cuius facultate eſt,pretium ſupplere,
3 vel rem reſtituere † quo fit, vt poſſidens
medio tempore emptor,titulum habere,
& bonæ fidei poſſeſſorem eſſe intelliga-
4 tur † fructusq; omnes lucratum iri, vt
ſpetiatim poſt alios notāt moderni Cre-
men.in repetitio.d.l.2.nu.17.ſi venditor
ratam ſe eam venditionem habiturum
5 iuraſſet † vt ex poſt facto læſum ſe dice-
re poſſit iuramento impeditur, glo. eſt
magiſtra à Bar.cæteriſq; ibidem recepta
in d.l.2.ſuper ver.iudicio.verſi. Itē quid
ſi vdnditor, quam glo.quod de modica,
vel enormi,non tamē enormiſſima intel-
ligat læſione vnanimiter Doctores pro-
bant, Cœterū ſi læſio enormiſſima fue-
rit,hoc eſt vltra dimidiam,an,& ea iura-
mento tollatur, ita, vt ſine abſolutione
agi non poſſit, maximè à noſtris contro-
uertitur, variè in hoc diſſidentibus etiā
primæ notæ authoribus,vt teſtatur Dec.
conſ.180.col.2.& conſ.ſequen.in princ.
vbi dixit non facilè in hoc articulo per-
ſcrutari poſſe,quæ verior ſit opinio,quia
6 Doctores vario modo loquuntur † quod
an.læſio enormiſſima non tollatur iura-
mento,tenuerunt in primis Anchar.in c.
1.propè fin.de conſtit.& in reg.acceſſo-
rum in 3. carta verſi. pro declaratione
prædictorum de reg. iur.in vi. Buer.in c.
cum cōtingat in 4. caſu principali de iu-
reiura.& ibi Abb.verſ.nonus, eſt caſus,
Idem Abb.conſ.8.Laurentia mulier col.
ſin.& pen.lib.2. & conſ. 107. Quatuor
ſunt in 2.dubio col.2.Caſtren.cōſ. 177.
9.ſuperius lib.1.Aret.conſ.93.viſo lega-
to col.2.Barbat.conſ.21.col.5. lib. 1. &
conſ.54. præclarè ſcripſit col. 3. lib. 2.
corneus conſ. 166. lib. 1. & conſ.21. in
præſenti cōnſultatione, & conſ. 124.
multùm diffusè lib.3. & conſ.188. eod.
lib. Alex. conſ. 42. ſuper præmiſſo the-
mate col. 3. lib. 1. qui dicit huiuſmodi
enormes læſiones ſemper videri à iura-
mento exceptas,per tex.no. in l.ſi liber-
tus iurauit, ff. de ope. liber. Socc. conſ.
263.capio primum, Dec.conſ. 180. viſa
renunciatione, Curt. Iun.in l. interpoſi-
tas C.de tranſact.& conſ. 53. habita di-
ligenti nu.9. cum duobus ſequentibus,
& conſ.141. quod eſt eiuſdem principij
nu. 5. Rubeus Alexandrinus conſ. 101.
viſo inſtrumento dotis Ripa in l. 2. nu.
10 C. de donat. Alciat. conſ. 97. Laur.
Syluan.conſ.13.nu.7. qui, & alia Decij
conſilia cumulat,qui tamet ſi conſ.181.
ſatis nota eſt quæſtio contrarium tenere
videatur:Concurrunt tamen in eo conſi-
lio aliqua ſpecialia,vt ipſe dicit,affimās
in principio quod ipſe propter authori-
tatem iſtorum, qui pro hac parte cumu-
lantur,contrarium conſuleret; Idem te-
net Maria Socc.conſ.47.& iterum conſ.
50.per totum lib.3.

7 Huius opinionis plura ſunt argumen-
ta, quorum ſuperuacua eſt relatio, ſed
totum aſſumptum illorum pendet ex in-
tellectu c. quamuis de pac.lib. 6. ſuper
quo tex.ſatis, & ſuperinuoluuntur,cum
enim diſpoſitio illius cap.annullet iura-
menta dolo ex torta contendunt omnes,
neceſſariò complecti enormiſsimam læ-
ſionem, nempè quod illa dolo æquipa-
retur,vt colligitur ex l.omnes,§.Lucius,

ff.quæ

ff.quæ in frau.credi.& ex l. fin.C.de do-
lo,cum his quæ notat Bar.in l. fin. ff. de
præto. ſtipulatio. & quamuis dolus iſte
ex propoſiro dici non poſsit, ſed ex læ-
ſionis præſumptione oriatur affirmant,
quoad iuramẽtum,præſumptum dolum,
dolum propriè cenſeri, nec in aliquo à
vero dolo differre, allegant Curtius, &
alij Bart.in l.quod nerua, ff. de poſi. qui
ſi rectius legatur, per totam ferè legem,
tùm maximè nu.15.contrarium de dire-
cto concludit plura explicans, in quibus
verus dolus à præſũpto differat, & præ-
ſertim nu.8.dum ſcribit diuerſas ſpecies
culpæ,inquit primam culpam eſſe latiſ-
ſimam, vt dolus manifeſtus ſecundã la-
tiorem, vt dolus præſumptus,Item latã,
leuem, & leuiſsimam, cùm ergò aliam
culpæ ſpeciem dolo verò aſsignet,aliam
præſumpto, neſcimus in qua parte illius
repetitionis quam viderimus, Curtij de-
ductio probetur qnoniam, & in nu. 12.
& ſeq. diuiſim, Bar. tradit definitionẽ
doli veri,& præſumpti inquiens, in defi-
nitione doli manifeſti,verbũ illud mani-
feſtum addere ad differentiam præſũp-
ti,quam differeutiam Latius proſequn-
tur moder.Cremen.in d.l.2.à nu. 9. vſq;
ad 17.multa inſuper addit Curtius,quæ
certè verificari rectius poſſunt, vbi do-
lus ex propoſito, non autem re ipla in-
teruenerir, tunc enim annullantur ipſo
iure contractus,cui dolus cauſam dedit,
vt latè ſcribit Corn.in d.auth.ſacramen-
ta pubetiũ col. fin. & nos dicemus infra
in proprio cap. doloſi contractus.

8 Sed contrariam partem firmari con-
tractum de quo agimus,& grauiſsimam
læſionem tolli per iuramentum, quando
dolus non ex propoſito, ſed re ipſa con-
tingerit,tenuerunt glo. in cap. penul.de
empt. & vend. Archidia. & Geminia. &
Georgius Natta in d. c. quamuis, Imol.
& Philipp.Fran. ibidẽ ille nu. 52.hic ve-
rò col. 6. nu. 7. concludentes audenter
diſpoſirionem illius cap.de vero,& pro-
prio dolo loqui. Odofred. Cyn. Bar. &
Bal.in d.l. 2. C. de reſcind. vend. & ibi
hoc ipſum tenet Alber.,qui refert Pyleũ
q.20.Spec. tit.de empt.& vend. §. nunc
dicendum ver.quid ſi venditor Vital.in
tract. clauſularum fol. 215. Decius ſibi
cõtrarius conſ.31.Milis.in reper. in ver-
bo iuramentum nu. 26.hanc ſenrentiam
communem dicunt Io. de Anan. & ibi
Bolognin.in add. conſ. 33. in fin.dicen-
9 tes nunqàm eſſe dubitandum † quòd
ſtante dolo re ipſa, neceſſaria ſit abſolu-
tio, vt poſsit dici de læſione, & proponi
remedium l.2. de reſcind. vend. imola,
qui, & ibi communem dicit conſ. 14. in
caſu præmiſſo, Alex.in l. ſtipulatio hoc
modo concepta nu.10.ff. de verb.oblig.
dicens difficilè eſſe in practica obtinere
contra glo.in d.l.2.quæ vtiq; de læſinne
vltra dimidiam loquitur, licet ſubdat
contrarlam partem aliqualiter ſuſtine-
ri poſſe, Idem Alex.conſ. 42. ſuper præ-
miſsis lib.1.& cõſ.126.eod.lib. & conſ.
122.& 127.2.lib. & conſ. 53. 3. lib. &
rurſus conſ.118.nu. 6. lib. 7. vbi ſperia-
tim firmat non eſſe verum, quando iu-
ramentum eſt præſtitum ſuper contractu
quod dolus re ipſa, & ex propoſito æ-
quiparentur. Curtius Sen conſ.43. ſup
contingentia facti per tot. & conſ. 66.
Iaſ.cõſ.48.viſo in fin.lib. 1.Ant. Rubeus
ſibi ipſi in hoc contrarius in conſ. 12. &
præſertim nu. 17. vbi ponit differentias
doli veri,& præſumpti,Paul.Paris.conſ.
20.nu.43.lib.1.& conſ.26.nu.81.lib. 3.
Iſer.præpoſi.& Aluaro.in §.item ſacram
de pa.iur. firma. Capic. deciſ. 159. Ro-
land.à valle conſ.59.nu. 3.

10 In hac Doctorum varietate,quoniam
tenentes priorem partem non ſatis ſibi
ipſis conſtant, nec ſuper vna, eademq;
facti ſpecie reſpondent pro concordia
cẽſuimus tres concluſiones ſtatui poſſe,
quarum prior eſt,ſi de læſione tractetur,
quæ in contractu minoris mulierum,ru-
ſticorum, aut aliarum perſonarum, quæ
metu, & obſequio reuerentiali ſubſunt,
vel iudicio ſunt imbecilli, quò in nume-
ro piodigum nnmeramus admittendam
eſſe eo caſu priorem partem, vt ex quo
maior ineſt in hoc genere perſonarum
facilitas, & ceſſat contrahendi iudiciũ,
dolus

dolus qui in contractu per enormiſsimã
11 læſionem præſumitur, iuramento non
tollatur, quoniam, vt Ariſtotiles inquit,
habet mulier conſilium inualidum, mi-
nor autem imperfectum, hinc paſsim
concludunt noſtri, iuramentum mulie-
ris minoris, & ruſtici non auferre eis be-
neficium læſionis, vt per Alex. conſ. 42.
in fin. lib. 1. Corn. conſ. 189. col. 3. cum
ſeq. lib. 1. alioſq; relatos ab Aymo. conſ.
142. col. pen. & conſ. 192. col. 2. in fin. &
à Bertran. conſ. 176. lib. 2. & 119. lib. 3.
qui noſtram hac diſtinctionem ſenſit,
quæ etiam fuit de mente Butrij in conſ.
45. iuris rigori col. 2. qui dixit, ꝙ quic-
12 quid ſit in maioribus † in contracti-
bus tamen minoris præſumptus dolus,
qui ex læſione oritur, verò dolo æqui-
paratur pro qua concluſione non eſt am-
plius laborandum, quoniam multa do-
ctores deducunt, qui pro illa parte nu-
merantur, & certè adhibita diligenti re-
lectione innenimus omnes ferè conſulẽ-
tes, qui illam partem tenuerunt, conſu-
luiſſe in ſimilibus ſpeciebus ſcilicet in
renũtiatione filiæ dotatæ à patre, in cõ-
tractu minoris, & in contractu per me-
tum facto, & in ſpecie, Dec. in d. conſ.
45. loquitur de minore, & in materia
authen. ſacram puberum, Curt. iun. in d.
conſ. fi. & Maria. Socc. in conſ. 42. ſimili-
ter in minore, rurſus Dec. in conſ. 180.
& Maria. Socc. Laurẽ. Syluan. & Rube-
us præcitati loquuntur in filia, & renun-
tiationibus factis in fauorem parentum,
aut fratrum, quemadmodũ ex alio Decij
conſ. perpenditur conſ. dico 551. plenè,
& ſubtiliter, quo in loco de renuntiatio-
ne filiæ tractat meminitq; alterius con-
ſilij Mariani Socc. iunioris, qui ſuper
eodem facto ſimul cum eo conſuluit, &
ex conſ. 616. viſo contractu, vbi citat
conſilia Anchar. Calder. & Butrij, & Fe-
der. de ſen. qui ſimiliter in eadem filiarũ
renuntiatione reſponderunt, & ſic cor-
neus in pleriſq; conſilijs, & alij quos ſtu-
dioſus lectos excurrere poterit. vt ſic ni-
hil in contrarium vrgeat cum nume-
rus, & authoritas illorum, in alijs ter-
minis loquantur.

13 Secunda concluſio, ſi de maiore aga-
tur, qui ſit enormiſsimè læſus contra-
ctum de quo agimus eam firmitatẽ ha-
bere, vt contrauenire propria authori-
tate non poſsit, neq; aliter ſine abſolu-
tione reſcindi, hoc ſolum pro hac con-
cluſione deducentes, quod iuramentũ
poſsit quidem ſine interitu ſalutis ſer-
uari, id quod antè omnia inſpicimus,
Item quoniam, & ſi dubia eſſet opinio
ad huc pro iuramenti obſeruantia pro-
nunciandum c. iuuenis deſponſal. & ideo
quia ratione iuramenti verior iſta opi-
nio videri poterat, quia vim habet du-
plicis, & repetiti conſenſus, vt inferi-
us videbimus, vt omne dubium tollere-
tur in pleriſq; locis Italiæ ſtatuẽtes hoc
ſpecificarunt, & inter alia nos vidimus
ſtatutum almæ Vrbis ſub rubr. de pactis,
& donationibus non valituris, ac inua-
liditate iuramenti cap. 19. cuius, verba
14 hæc ſunt, † & in omnibus contractibus,
ac negotijs, vbi quis maſculus, vel fæ-
mina reperitur læſus, vltra tertiam par-
tem eius quod agitur iuramentum cen-
ſeatur doloſè, extortum, & nihil opere-
tur, per hoc ſtatutum vides declaratum
dubium ſuperioris concluſionis, & cor-
rectam diſpoſitionem l. 2. quæ de læſio-
ne vltra dimidiã loquitur, fuitq; ad ho-
dierna tempora in viridi obſeruantia,
accedentibus quoq; Pontificum confir-
mationibus, pluresq; conſulentes inue-
nies, qui de ſimilibus ſtatutis in diuer-
ſis Italiæ locis mentionem faciunt, inter
quos ludo Rom. de prouintia Vmbriæ
conſ. 12. & Aret. conſ. 8. & de ſtatuto
Trident. Curt. iun. conſ. 119. verum
an poſſit hæc fictio à ſtatuto induci, La-
tius nos in 1. capite. 2. libri examinabi-
mus, ſed quo ad præcitatum ſtatutum
Vrbis nulla cadit difficultas ob Pontifi-
cis confirmationem, vt in ſimili Gozad.
firmat conſ. 15. nu. 16.

15 Tertia concluſio, ratione enormiſſi-
mæ læſionis, quæ dolum ex poſt facto
oſtendit licet. inter initia cõtractus nõ
interfuiſſet ad finem agendi, & excipi-
endi

endi abſolutionem concedi poſſe, quæ abſolutio (vt tandem in viam redeamus (non contractum venditionrs irritabit, ſed hoc ſolum operabirur, vt vẽditor, qui ligatus erat iuramento, remedio d.l.2. aduersus læſionem vtatur, ita concludit Fely. in d. c. 1. de iureiuran. nu. 26. propè finem, dum Abbatis doctrinam examinat, quam conſulendo ſequtus eſt Corneus conſ. 166. col. 2. littera G. lib. 1. & Paulus Pariſius, qui multa addit cooſ. 20. nu. 10. lib. 1. quãdoquidem cum veriſimile non ſit contrahentem tantæ ſuæ iacturæ cooſentire voluiſſe, ne iuramentum ſit inquitatis vinculum, læſionis intuitu, habilitatio ad finem agẽdi ita datur maioribus, ſicut, & minoribus. Abb. in d. cap. cũ contingat num. 23. & in c. cum cauſam de empt. & vend. Alchar. in reg. acceſſorium, quem ſupra citauimus col. 6. Calder. conſ. 8. tit. de iureiura. Cepolla conſ. ciuil. 17. Aymo. à quo quamplures citantur conſ. 7. num. 5. cum duobus ſequen. & conſ. 192. ferè per torum, Dec. communẽ dicit in præcit. conſ. 45. 180. & 380. Rubeus Alexandr. in d. conſ. 13. & teſtatur Affl. idem diutius obſeruatũ fuiſſe in Sac. Conſ. Neap. deciſ. 322. & ita etiam temporibus Capicij, & Grã. ille deciſ. 159. nu. 24. & 25. in quo loco Afflicti deciſionem citat, hic vero deciſ. 66. num. 34 Idem Afflict. in c. ſi quis inueſtierit num. 21. de feu. dato in vicem legis commiſſo. Petrus Rubuff. de reſciſs. contr. ſuper conſtit. fran. arti. vnico gloſ. 14. & Caſſado. deciſ. vnica tit. de empt. & vend. dicens, quod prærer id, quod articulus iſte ſit dubius, an læſio per iuramentum tollatur, tamen ijmet Doctores, qui dicunt tolli, nihil tractãt in caſu coocedendæ abſolutionis, quæ ſecundum omnes ita eſt in hoc caſu cõcedenda, ſicut quando per metum, aut verum dolum iuratur, de quo nos ſuo loco dicemus.

Id quod, & Imola quoq; aduertit in d. c. cum contingat. col. 42. vbi, cùm dixiſſet commuoẽ opin. gloſarum, & Doctorum ſe habere, quod per iuramentum læſio tollatur, ſubdit poſtea, poſſe dici quod glo. & Doctores nihil dicunt de abſolutione à iuramento, & hæc etiam obſeruat Capy. deciſ. neap. 159. propè num. 27.

16 Hanc vltimam cooclusionem amplia etiam ſi iuratum fuerit non venire contra rationem enormis, vel etiam cuiuſcunq; enormiſſimæ læſionis, vel ſi dixerit venditor, quod totũ illud quod plus eſt, donat etiam ſi dimidium iuſti prætij exederet, aut quòd illud ſit verum, & iuſtum, rei prætium ac omnia, & ſingula contenta, & narrata vera eſſe, quoniam adhuc eſt concedenda abſolutio, ſed huius iuramenri, ac omnium contẽtorum in iuramento facienda eſt mentio
17 in impetratione, † ſunt enim diligenter ac ſpeciatim omnia iurameoti ligamina exponenda, vt infra dicemus, hoc voluit But. in c. cum contingat in 4. caſu de iureiura. ibi dicit ita ſe conſuluiſſe, & equitati conſonum eſſe Barbat. poſt Abbatem in c. quintauallis de iureiur. col. 15. & Caſſad. in præcita. deciſ. vni de empt, & veod. nu. 2. qui dicit hanc opinionem ſatis æquam, & rationabilem acteota conſuetudine notariorum, qui tamet ſi rogati non fuerint, clauſulas illas, aliàsquæ eius generis innumeras ſoliti ſunt apponere, vnde, & ſi genera-
18 lius in contractu fuiſſet cum iuramento renunciatum omni iuris, & legum auxilijs vti quotidie notarij ſcribunt, nihil obeſſe renuntiatiouem, ad hoc vt abſolutio concedatur, Coro. cooſ. 293. in hac cõſultatione 2. & 3. col. lib. 4. Socc. Iun. in conſ. 144. proſequeodo ordine, nu. 42. (quoniam vt ſæpiſſimè in diſcurſu dicemus regulatur iuramẽtum ſecũdum naturam actus, ſupe quo interponitur) iura ſunt vulgaria, ſed pulcherrimus tex. in l. fin. §. item quæſitum ff. de condi. indeb. de huiuſmodi renuntiationibus ſpeciatim tractans, inquit .n. ſceuola fuiſſe quæſitum an pactum, quod in pariationibus aſcribi ſolet, in hunc modum, nullam ex hoc contractu con-

trouer-

trouerſiam eſſe, repetitionem impediat, & reſpondit nihil proponi cur impediret, & ita per hunc tex. in ſpecie arguit Alex.conſ.133.col. fin. lib. 5. ꝙ ſi quis læſus eſt in contractu venditionis, & promiſit non venire contra, illa promiſſio eundem errorem continere videtur,
19 quem ipſa venditio continebat, † quia præſumitur eodem dolo ad ſimiles renuntiationes, & clauſulas contrahentes induci, quo ad ipſum contractum inducti fuerunt, Riminal.conſ.102.num. 59. lib. 1. & firmat Corn. conſ. 239. in hac conſultatione 1.& 3.col.lib.3.& Maria. Socc.conſ. 144.nu.42. lib.1.licet Ferrectus contrariam opinionem veriorem dixerit, quod nos nequaquam admictimus.

Ne autem interim in legẽdo te lector offendat, vox illa pariationibus in ſupra citata l. fin. de cond. indeb. quæ forſan erit apud te minus cognita, quoniam huc vſq; in deprauatis condicibus, Pactioninus legabatur, ſcias ꝙ nil aliud
20 ſignificat quam computorum (vt hodie dicimus) redditionem. Pariare enim, & paria facere, & pariator veteres dicebãt vt in l.Iulius Paul.79.ff. de condi.& demonſtr.& in l. 5. §. fin. ff.de iure immuni. & in l. 4. §. 1. ff. de manumiſs. vide Ant. de Auguſtin.emendatio.lib.4.cap. 12.& Franc. Hotomanum virum eruditiſſimum in ſuo comment. iuris in verſ. pariare.

Rurſus quæ de venditore diximus,
21 eadem, & de emptore intelligas, ſi is plus iuſto pretio emerit, equè namq; remedio d.l. 2. vti poteſt, vt voluerunt ibi glo.Bar.& cæteri, & eſt vulgatum argumentum ex l. 1. C. de cupreſs. ex vico damn.emptorem, & venditorem ad paria iudicari idq; ex propria vi, ſeu qualitate correlatiuorum, quæ eſt vt diſpoſitum in vno ad aliud extendatur, etiam ſi nihil dicatur glo.not.in c.cupientes §. deniq; in ver. de cætero de elect. lib. 6. fit.n.in his correlatiuis de vno ad aliud extenſio etiam ſi de pęnali diſpoſitione tractemus, ſi vniformis ratio in vtroq; militat Abb.in c. 1.de conſanguin. & affin.& in c quia clerici de iur.patron.qui per hanc rationem firmat legem pęnalẽ de venditore loquentem ad emptorem extendi, & communi theorica legiſtarũ in l.fin.ff.de acceptil. Curt.Senior conſ. 11.col.2. qui multa addit, qua in re videndus etiam eſt Fabian.in tract.emptio. par.4.q. 8. principali, vbi etiam firmat ad omnes bonæ fidei contractus poſſe remedium illud pertinẽre, & quod magis notandum, etiam ſi in compromiſſo
22 poſt acceptum laudum læſio appareat competere remedium hoc Doct. dicunt vt per Dec. conſ.60. col. 3. alioſq; relatos à Ioachimo Myſingero lib.ſingular. obſerua. cameræ Imperialis centur. 1. obſeru. 33. igitur cùm ex principali reſciſſione fundari noſtram abſolutionem dicamus in his omnibus contractibus concedendam eſſe pari ratione concludimus.

An autem huius legis remedium in contractu tranſactionis obtineat, ita vt deceptus in trãſactione vltra dimidiã iu-
23 ſtæ æſtimationis futuræ litis contrauenire poſſit, & abſolutionem petere iuramenti, ſatis ad huc noſtri controuertũt ſed eorum diſputatio, vt notiſſima, ita dubia, & anceps: ſiquidem ex parte negatiua habes glo. in c. cum cauſam de empt. & vend. quam inibi Inno. Ioan. And.& Anchar. ſequntur, aliam rurſus gloſam iuris ciuilis in l. Lutius §. fin. ff. ad trebell. pro hac ſpecu. de empt. & vend.§. nunc dicendũ verſ. quid de trãſactione, Cy.Bal.& Sal.in d.l. 2. in 3. q. C.de reſcind.vẽd.idem Bal.in l.ordo C. de except.rei iud.& in rub.extra de trãſactio.col.3.Alex. in l.ſi quis cum aliter col.2.de verb. oblig. vbi dicit hanc opinionem eſſe veriorem, idem in conſ.42. ſuper præmiſſo themate col.3.lib.1. vbi communiorem aſſerit, quod antè atteſtatus fuit Abb. conſ. 22. incip. & ſi copioſior col.1.lib.2. Paul.Paris.qui alios citat conſ.96. lib.1.num.60.& ita iudicatum fuiſſe per Sacrum conſilium contra Bar. & refert Afflict. deciſ. 220. At

pro

pro contraria, & affirmatiua opinione adeſt in primis Bar. authoritas in dicta l. ſi quis cum aliter verſic. quæro quid ſi in contractu tranſactionis, & in dicta l. 2. col. 3. C. de reſcind. vend. & in l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum col. penult. ff. pro ſoc. Idem Bar. Imol. & Caſtrenſ. in dicta l. Lutius ad Trebell. Imol. Caſtrenſ. & Roma in d. l. ſi quis cum aliter Butr. Car. & Imol. in d. capitul. cum cauſam, Imol. in cap. Quintauallis propè ſin de iureiurand. Calder. conſil. 3. in tit. de tranſactio Ioan. de Anan. conſil. 33. circà primum in 2. dubio, quorum omnium calculum ſequtus Fabian. in tractat. de empt. & vend. 8. quæſt. principali in 4. colun. opinionem hanc, vt equiorem, ita communiorem eſſe cẽſuit; mouet nos tamen gloſarum alteri opinioni adhærentium anthoritas, vt tamet ſi communior, hæc poſterior appareat non tamen in totum ab illa recedamus, ſed diſtinctionis fœdus Corneo authore ſequamur, Is enim conſil. 27. incip. in primo conſultationis articul. lib. 4. ità concordat, vt ſi exceſſus vltra dimidiam fuerit in modico, obtineat prior opinio tenentium partem negatiuam, vt tranſactio minimè reſcindatur, aut maximus eſt exceſsus; & hoc caſu procedat reſciſſio, quæ concordantia viſa eſt non aſpernenda Decio conſil. 23. 216. 203. vt vera reſolutio col. 2. & iterum conſil. 551. plenè ſubtiliter col. penult. & 479. in controuerſia col. penult. qui articulum dubium, ac diſputabilem dicit, & in hac diſtinctione reſidet, & 597. & in l. cum te. la 2. in princ. C. de tranſactio. Rubeus conſil. 71. numer. 8. & 293. numer. 2. & 147. num. 17. Paris 12. num. 102. lib. 2. Gram. deciſ. 66. num. 44. & 48. ſequitur Socc. nepos conſil. 144. proſequendo numer. 38. qui dicit hoc modo intelligi dictum Bar. & aliorum in dicta l. 2. de reſcin. vend. dum ſimpliciter tenent remedium legis prædictæ locum habere in tranſactione, cuius fœderis rationem nemo eſt qui apertè non videat; ſuppleri enim modicam vltrà dimidium læſionẽ ob dubium litis euentum, non ſecus ac in emptione dicimus, in qua, cum modico pretio retrouendendi promiſſio concurrat, At in maximo exceſſu hoc non eſſe, quoniam manifeſtum dolum indicat, quod ergò in alijs contractibus enormis læſio facit, hoc in tranſactione enormiſsima operabitur, & quod in alijs enormiſsima, hoc in tranſactione, maximus vltrà dimidiam exceſſus, lubet enim alio hoc termino vti quia plus ſit, quàm læſio enormiſsima, & ita demum obtinebit, vt ſi iuſta litis æſtimatio, mille fuiſſet tu pro 100. vel 200. ceſſeris, læſio iſta maximum habet vltrà dimidiam exceſsum.

Sed in hoc quod ſuperius diximus poſse venditorem ex remedio d. l. 2. alternatim agere, vel ad rei reſtitutionem, vel ad pretij ſupplementum, putant aliqui ſatis eſse aduertẽdum; Quoniam ſi venditor vtrunq; alternatim petat indiſtinctè neceſsariam eſse abſolutionem, ſine qua periurium nullo modo poterit euitare.

24 Si verò agat tantum ad pretij ſupplementum, non etiam ad rei reſtitutionem cenſuit caſsado in præcit. deciſ. quod poterit etiam abſolutione non petita. neq; periurij exceptione repelli, cuius differentiæ ea tradditur præcipua ratio, quoniam in priori caſu ſatis aduerſus contractum venire dicitur, qui alternatim petit id, quod ſimpliciter petere prohibebatur ſcilicet rei reſtitutionem, quam non in ſua, ſed in emptoris electione lex reliquit, vt ſingulariter voluit Bal. in l. quæ ſub conditione §. fin. ff. de cond. inſt. quem Felyn. ſequitur dicens perpetuò menti tenendum in c. inter cæteras col. final. de reſcript. qui verò ſupplementum pretij petit; non poteſt excludi ratione iuramenti eo ꝙ non cogitauit tàm enorme damnum, neque periurium effici, qui intendit ſeruare

contractum eo modo, quo ius intelligit hæc caſsado, cuius nos opinionem intantum veram arbitramur, quatenus vera eſſet prior opinio, quod per iuramentum enormiſſima læſio non tollatur; quæ quoniam minus recepta eſt, & contraria, tum communior, demonſtratur in hac caſſadori diſtinctione, priorem partem, quæ concludit incurri periurium ſi indiſtinctè petatur, facilè admittimus: Alterum verò caput, quod poſſit ſine diſpenſatione prerij ſupplemētum peti, nequaquam tenemus, quoniam de directo pugnaret deciſionibus pro communi opinione deductis, quod & Stephan. Forcatulus probat in libr. qui necyomantia iuris periti inſcribitur cap. c. quod eſt vltimum in quo non nulla alia, ad materiam huius c. pertinentia eleganter ſcripſit.

Vltimò antequam hinc tranſeamus, aliam facti ſpeciem, quæ ſæpiſſimè in
25 hac ipſa † læſionis tractatione occurrit, videamus vtrum conſtituto procuratore aduendendum cum his clauſulis, prout ſibi videbitur, & ad iurandum ſuper quocumque contractu, qui demum vendidit, & iurauit, non venire contra procuratorio nomine, poſſit dominus abſque abſolutione vti remedio d. l. 2. Hanc quæſtionem tangit Affl. dicens habuiſſe de facto in vſibus feudorum in authen. ſacramenta puberum de pa. iur. fir. num. 18. concluditque non aſtringi dominum iuramento procuratori, qui tametſi generalem contrahendi, & iurandi facultatem habuiſſet, non idcircò donare, aut remittere medietatem pretij potuit, nec rem domini diſſipare, tex. not. in l. creditor §. Lutius ff. mand. ibi reſcindi eum de quo agitur, plenè quidem, ſcilicet quatenus res ex fide agenda eſſet mandaſſe; neque ex illa clauſula (prout ſibi videretur) aliud quam boni viri arbitrio conueniens demandari, vt in ſpecie Bar. concludit in d. §. Lutius, ſatis autem excedi fines mandati, ſi ita dominus læſus fuerit, quod vir bonus non feciſſet, hoc enim mandatúm non videtur, Bald. in l. 2. col. 8. C. de reſcind. vend. quem ſequitur Natta. conſil. 10. col. 2. ſi tamen aliud in mandato fuiſſet iuramentum adiectum, ſcilicet de non veniendo contra contractus à procuratore celebrandos, putat Afflict. omni remedio dominum excludi, quoniam, & ſi non ipſe prohibitus ſit, ſcilicet procurator eius, intellectu tamen aliquo prohibitus, & ipſe videtur, arg. l. oſſa §. final. ff. de religioſis; ſed hoc vltimum non placet; quoniam ex his, quæ ſupra diximus, habent hæc alia iuramenta eundem intellectum, quem, & principalis contractus habet adde, quod Innocen. ſcribit in capitul. 1. de iureiurando, quod a iuramento, quod quis præſtat abſolutio datur; Ab eo verò, quod per alium præſtatur, abſolutione opus non eſſe, ſed in integrum reſtitutionem concedi.

Inſuper in hac materia læſionis non erit prætermittenda aurea deciſio Lucæ à Penna in l. quicunque C. de Apoch. pub. lib. 10. quæ deſeruit ad limitationem l. 2. de reſcind. vend. quod ea quæ in principio huius capitul. diximus facultatem habere emptorem, vel reſtituere rem, vel pretium retinere non procedunt, ſi emptor in mala fide fuerit, tunc enim præcisè cogitur rem reſtituere, nec electionem habere ſequitur Afflict. in capitul. Imperialem in fine de prohib. feud. alienat. per Federic. qui dicit, hoc eſſe perpetuò menti tenendum.

reprobat hanc limitationem [illegible] Pinel. in d. l. 2. p. 2. c. 5. nu. 8. v. unde pariter [illegible]

De

De eo quod metus cauſa factum fuit,& an iuramento firmetur. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Pomponius iuramentum, quod metu præſtiterat ſeruauit, & Manlium dimiſit.*
2 *Coacta voluntas, voluntas eſt, & quomodo.*
3 *Peccatum metu factum inter voluntaria numeratur.*
4 *Quomodo ſit conſenſus in metu.*
5 *Meticuloſa conuenctio ipſo iure tenet.*
6 *Et ſecundum canoniſtas firmatur iuramento.*
7 *Abſolutio in ea neceſſaria.*
8 *Abſolutio à contractu metu inito quid operetur.*
9 *Quare concedatur.*
10 *Forma petendi abſolutionem iuramenti ſuper contractu metu inito.*
11 *Metus reuerentialis an idem operetur, quod compulſiuus.*
12 *Abſolutio an ſit neceſſaria, quando metus in iuramento adhibitus fuit ſicut quando in contractu.*
13 *Et quod ſit neceſſaria ex canoniſtis concluditur contra gloſ.*
14 *Duplex eſt obligatio iuramenti per metum præſtiti.*
15 *Curtij error aduertitur.*
16 *Caſus in quibus metus ipſo iure actum annullat.*

ERIT in hoc capite ſecundū abſolutionis exemplum, cōtractus metu initus, quem ſubſtineri regulariter mero iure, actione tamē, aut exceptione metus reſcindi competimus; ideoq; & iuramento firmari, & neceſſariam eſſe abſolutionem multipli-
1 ci ratione contendimus † extat verò in primis apud Liuium id ꝙ, & Cic. ſcribit præclarum M.Pomponij exemplum, ſeruati iuſiurandi per metū præſtiti, ꝙ nos ad cōprobationē eorū, quæ Inferius dicētur, adſcripſimus, atq; vt ſimul appareat quantū tēporibus illis iuſiurandum valuiſſet Lutio Manlio (inquit Cic.) cū dictator fuiſſet, M.Pōponius diē dixit, ꝙ is paucos ſibi dies ad dictaturā gerendā addidiſſet criminabatur etiam ꝙ Titum filium (qui poſtea eſt Torquatus appellatus) ab hominibus relegaſſet, ac ruri habitare iuſſiſſet, ꝙ cum audiuiſſet adoleſcēs filius negotiū exhiberi patri; Romā accurrit, & prima luce Pōponij domum venit; cui cū eſſet nanciatū, & illū iratū allaturū ſe aliquid cōtra patrē arbitraretur, ſurrexit electulo, remotiſq; arbitris, ad ſe adoleſcentē venire iuſſit, Qui vt ingreſſus eſt, confeſtim gladium diſtrinxit iurauitque ſe illum interfecturum, niſi iuſiurandum dediſſet, ſe patrem miſſum eſſe facturum iurauit hoc terrore coactus Pomponius, rem ad populum detulit, docuit cur ſibi à cauſa deſiſtere neceſſe eſſet, & Manlium miſſum fecit.

Ex his planè vera fit Accurſij ſētentia in l.ſi mulier §.ſi metu, ff.ꝙ me cauſa
2 † qui ſentijt coactā volūtatē; voluntatē eſſe, eiq; ſubſcribunt Hoſtien. in ſumma eiuſdem tit. nu.6. & in tit. de iureiuran. poſt nu.4. Abb. in c.1. col.2. eod. tit. Lācel. Dec. in l.1. col.3. ff. de teſtam. Hūbertus in auth. ſacramēta puberū col.1. C. ſi aduerſus vēd. Fortunius de fine vtriuſque iuris col.125. verſ. ex his in fin. & Tho. Gram. dec.120. nu.101. quibus adde ꝙ ex Aug. ſcribitur in c. meritò 15. q.
3 1. † Peccatū metu factū, inter volūtaria numerari, qm̄ depræhēditur eſt actu meticuloſo aliqualis voluntas, quæ in hoc oſtēditur quia quāuis nolit directè id ad ꝙ cogitur, vult tn̄ directè illud ꝑp ꝙ cogitur vti latius inibi explicat Turrecrema, & ante eū Bar. in extrauagāti ad rep̄mēdū in gl. in ver. videbitur q dixit hoc fieri nō ex neceſſitate p̄ciſa, ſed ex neceſ-
4 ſitate cōſequēter, habet.n. metꝰ cōſensū,

& diſſenſum ſit; in eodem ſubiecto cōtrariorum permixtio,ſeu(vt alij explicāt mixtum quoddam in anima, quæ libertate diſſentit, ſed ſenſualitate conſentit ne maius detrimentum patiatur, & ideo ſi metu coactus (inquit Paulus) adij hæreditatem puto me hæredem effici, quia quàmuis ſi liberum eſſet, noluiſſē, tamen coactus volui,d l.ſi mulier §.fin. Quæ omnia, non de ea voluntate intelligēda ſunt, quæ à ſacris Theologis,abſoluta voluntas dicitur,& à noſtris libera, ſed quæ conditionata appellatur, priori enim voluntati abſolutæ, metus, pœna,& coactio ex diametro aduerſantur, & contradicunt, nec appetit niſi id quod eſt delectabile; poſterior verò, eam habet conditionem, vt propter maius malum fugiendum, vel aliquod bonum conſequendum, minus malum voluntariè patiatur, vtpote à ratione regulata, quod in infirmis videmus ſepius, vt ad ſanitatem conſequendā mēbri ſectionem, vel vſtionem voluntariā ſuſcipiant, & huc pertinent alij eorumdem Theologorum termini,qui in hanc rem triplicem voluntatem diſtinguunt, vna quæ aſſumitur à voluntate imperāte, alia quæ ſubſtinetur à voluntate acceptante 3.quæ depēdet à volūtate tollerante, quas ſpecies latè explicarunt Greg.Bonau.& alij, qui eam quæſtionē
5 pertractarunt, quomodo pœna purgatorij videatur voluntariè ſumpta ab his qui ibi purgantur. Ergo quo ad propoſitum noſtræ intētionis pertinet,quod ipſo iure teneat meticuloſa conuentio particularius ſoluit famoſiſſimus inter ſeniores ſcribentes conciuis noſter Roſfred.in tract. libellorum ſuper authen. ſacra puberum quo in loco exponendo verbum illius tex.nullius ſint momenti, dixit hoc eſt quantum ad effectum non ipſo iure, quoniam alioquin tolleretur ex toto titulus Digeſtorum, & Cod. de eo quod me.cauſa.hoc idem tenuit Calder.conſ.2.eod.titulo Egidius Bellamera, qui allegat ſummam Guiliel. altiſſiodoren.in c.2.num.5.de iureiura. Bar. in l.3. verſ.item quæritur nu.17.C.eod. & in l. eleganter num.6. ff. de dolo vbi inquit, non ita in metu, ſicut in dolo conſtitui. Aret.in rubr.ff.eod.qui dicit regulariter à principio valere, quæ per metum geſta ſunt, atq; oriri ex eo contractu obligationem, & actionem Bertran.conſ.118.lib.3.par.2.& Iaſ.in l.interpoſitas C. de tranſactio. vbi aliquot caſus congerit,in quibus ipſo iure vitiatur, quos nos inferius explicabimus. Probatur autem manifeſtius iſthec concluſio inſtit.de exceptio. in princ. cuius tex.nullus horum ſcribentium meminit cum tamen apertiſſimis verbis id oſtendat, ibi ſi metu coactus promiſiſti palā eſt iure ciuili te obligatum eſſe, & actio qua intenditur dare te oportere,efficax eſt,ſed iniquum eſt te condemnari,ideoq; datur tibi exceptio, quod metus cauſa probatur, item ex præcit l. interpoſitas, & ex §.ſed quod prætor ff. eo vbi, & reſcindi quæ vi, metus vè cauſa fiunt, & exceptionem dari aduerſus meticuloſas pactiones declaratur,quod quidem non eſſet, ſi firmitatem aliquam,quæ reſcinderetur, & actionem, aduerſus quā exceptio detur contractus is non haberet, ſicut enim reſciſſio firmitatem,ſic,& exceptio actionē præſupponit, vt Hoſtien. animaduertit in ſumma illius tit. propè finem, idq; nuncupatim decidit Rota deciſ.274.alias 5.ſub tit. renuntiam, in nouis,vbi refert collector,reiectis opinionibus illorum,qui tenebant ipſo iure diſſolui contractū meticuloſum ita fuiſſe deciſum,& reſpondet ad obiectiones factas pro cōtraria parte,quas obiectiones ceſſare protinus intelligimus, ſi iuramentum acceſſerit,exploſa enim ciuiliſtarum diſſentione,de qua Affl.memi-
6 nit deciſ.263.† communis eſt canoniſtarum ſententia firmari,conuentiones metu extortas iuramento tex. celebris in c. ad aures ex eo ibi niſi fortè iuramento, vel fide interpoſita fuerit cōfirmata,glo. in c. 2.in verſ.poſſe, in c.ſi verò in verſ. proprium,& in verſ.meruerunt, & in c. verum in verbo abſoluerunt extra de iureiura.

iureiuran. Inno. in cap. veritatis, Abb, Imol.& cæteri in d.cap. cũ cõtingat vbi Alciat.nu.7.Fely. in d.c.2.& cap. ſi vero eod. tit. Staphileus in tract. de varijs
7 modis vocationis num. 24. Capic. deciſ. 174.num. 13 † ex quorum dictis ſatis conſtat neceſſariam eſſe abſolutionem, vt poſſit de metu agi, aut excipi, quod apertius probatur in c. ſi verò ibi nec nos alicui dare materiam volumus veniendi contra proprium iuramentum præſumit enim Eccleſia, quoad exterius iudicium iurandi animum, quouſq;
8 contrarium probatum non fuerit. † Abſoluetur ergo hoc caſu is, qui iurauit, ex qua abſolutione illud conſequetur, vt ſublato iuramenti vinculo, quod ſibi obſtabat actione, vel exceptione metus vtatur, quod antè diſpenſationem minime potuiſſet, vt ſcribit Rebuffus de reciſſio. contract. art. vnico glo. 12.& Neuizanus Aſtenſis conſ. 21.num. 3. Idq;
9 Beatus Thomas ſpetiatim explicat 1. 2. q. 89. art. 7. inquiens † quod Romani Pontifices abſoluunt à tali iuramento non tamquam decernentes obligatoriũ non eſſe, ſed illius vinculum ex iuſta cauſa relaxantes, ſequitur Batr. in c.ſi. cut nu. 3. & in ſummario illius tex. inquit conſueuiſſe Romanam Eccleſiam à tali iuramẽto abſoluere quamuis poſſit ſine ſalutis interitu ſeruari, & ideo
10 Imol. in d. cap. cum contingat num. 15. hanc formam addit petendi abſolutionem vt dicat is, qui iurauit, † Dico q. iuramentum fuit præſtitum per metum, & ſic effectualiter non debet me ligare, quod vt poſſim melius oſtendere, peto me abſolui, & ad hoc faciunt not. in ſimil. in l. papin. §. ſi filius, ff.de inoffi.teſta. Quæ omnia facilè oſtendunt pertinere huius capitis materiam ad ſimplicem habilitationem: non etiam ad totalem relaxationem exceptis caſibus. in quibus ipſo iure metus actum annullat,
11 qui inferius annotanr ? hoc interim admonentes, omnia quæ de metu compulſiuo ſunt dicta † ea quoq; & in reuerẽtiali pariter obtinere tex. opt. in l. 1. §. quæ honerandæ, ff. quorum rerum actio non detur, notat pleniſſimè Geor. Narta in c.quãuis col.& limit. 11. de pac.in 6.& fuit dictum Bal. in l. pactum quod dotali col. 2. q. 1. C. de collario. & ibi Roma.col.5.verſ.in quantum Corn.col. 1.limit.2.& Caſtren.col.1.in fin.Crotus in l. ſtipulatio hoc modo concepta col. 15. de verb. oblig. Socci. in reg. 150. in 7.limit.& Aimo conſ.7.num.6.ſed in hac tractatione metus reuerentialis ſẽtierunt ex noſtris pleriq; ita procedere ſi cum reuerentia minæ concurrant, ac ſolam reuerentiam metum non inducere, Innoc.& Felyn. in c. cauſam matrimonij de offi. delega. & Iaſ. in l. interpoſitas 1.col.C.de tranſa. quod ad plenum agit Anto. Capy.decil. 149. num. 34.vbi,& illud tractat, an metus reuerentialis cadat in fratre, & ante illũ Frã. Anton.conſ.24.Quatuor dubia col. 2.

12 Sed illud interim admonemur, quod maximè huic tractationi conuenit, fuiſſe rurſus apud ciuiliſtas aliud diſcrimen vtrum in ipſo tractatu, an ſolum in iuramento metus adhibeatur, vt in priori caſu procedant ea, quæ diximus ſubſtineri meticuloſã pactionem, & iuramento firmari, in hoc verò nullam intelligi iuramenti oppoſitionem, proindeq; non aliter abſolutione opus eſſe, fuitq; huius opinionis ante ſignana glo. in c. 1. §. itẽ Sacramenta in verſ. quætimoniam de pace iuram. firmam. quæ rationem aducit, quare magis tollatur ipſo iure iuramentum quam principalis contractus, quia (inquit) debilior eſt iuramenti effectus, cum ex eo nulla oriatur obligatio, hunc ergo effectum veluti debiliorem tolli vi, vel metu illato, quod non eſt in alio effectu qui inducitur excõtractu. cum fortior is ſit hac ratione, quia ex eo vltro citroq; naſcitur obligatio; hæc ferè ſunt verba glo. quam inibi ſequuntur. Bal. & Aluar. ſuntq; Aluarori verba quod ſæpius inuenies à præpoſito mediolanẽſi tranſcripta, qui hoc ſpeciatim ſentit, non eſſe ab hoc iuramẽto neceſſariam abſolutionem, ſed hãc diuerſitatem

ſitatem canoniſtę non admittunt, apud quos ſatis eſt exploratum indiſtinctè iuramentum ligare, ſiue in contractu, ſiue in iuramento metus acceſſerit, dûmodo in æternæ ſalutis diſpendium non vergat, proindeque ſi id quod per mætum iuratum fuit, ſeruari poſſit nullam ſubeſſe diſcriminis cauſam, quominus iuramentum mætu extortum obliget quam
13 ipſe principalis contractus † itaq; concludunt omnes in d. cap. Abbas de eo, quod me. cauſa in vtroque caſu neceſſariam eſſe abſolutionem, id quod ex ciuiliſtis quoque tenuit Iac. de Beluiſio magnus feudiſta in d. c. Item ſacramenta col. pen. & latius firmat vbi Affli. nu. 15. dicẽs in hac materia ſe nõ curare de opinione ciuiliſtarum, ſed ſolum canonum auctoritate moueri, quorum propria eſt hęc tractatio, inde concludit ſiue vi; ſiue metu iuratum fuerit, abſolutione opus eſſe, pro qua concluſione habes authoritatem D. Tho. quo ſupra ci-
14 tauimus dicentis † duplicem eſſe obligationem iuramẽti quod quis fecit mætu coactus, vna qua obligamur homini, cui promittitur, quæ propter coactionem tollitur, alia qua obligamur Deo, vt impleatur quod per nomen eius promiſſum eſt, & hanc non tolli in foro cõſcientiæ, quia magis debet dãnum temporale ſuſtineri quam iuramẽtum violari, hanc etiam opinionem tenet Corneus, qui tutiorem dicit in d. authen. ſacramenta puberum, & Mar. Antonius Bauerius in tracta. de virtu. iuramenti
15 verſ. quinquageſimo quinto † ex quibus apparet quàm facilè errauit Curtius Iunior in d. auth. nu. 13. tenens indiſtinctè etiam de iure canonico iuramentum hoc de quo agimus, ipſo iure nullum eſſe, ac proinde nõ requiri abſolutionem; ideoq; ſimiliter cauendum a glo. quam diximus huius opinionis anteſignam. In eo quod tenet nullam ex iuramento naſci obligationem, quoniam tamen ſi ſecundum iura ciuilia communis ſit ſententia, iuſiurandum modum non eſſe inducendæ obligationis, canoniſtæ contra ſentiunt ſaltim de naturali obligatione, quam ex iuramento oriri tenuerunt Ioan. And. & Hoſt. in c. cum contingat, & alij relati à Ioanne Coraſio toloſare, qui eiuſdem opinionis fuit in reper. l. admonendi in princ. illius repetionis num. 12. cum pluribus ſequentibus, quam opinionem tenet etiam Guido Papa q. 190. & ante illos Abb. & Felyn. in cap. 1. num. 2. de iureiuran. & communem Alciat. exiſtimat, in d. cap. cum contingat, cum tamen non defuerint, qui contrarium voluiſſent, quos refert Dida. Couarr. in c. quamuis par. 1. §. 1. nu. 3. & ſequen.

19 Sunt autem † caſus aliquot, in quibus mætus ipſe iure actum annullat, quos hic enumerare à propoſita abſolutionis materia non eſt extraneum, quoniam in ijs omnibus, alijſq; ſi qui ſunt præter eos, quos collegimus, non eſt tractandum de ſimplici habilitatione ad finem agendi, vel excipiendi, ſed de totali relaxatione, quia remiſſo perſonali vinculo iuramenti, nihil eſt quod ſeruari debeat, quemadmodum in 2. abſolutione dicemus; primus igitur caſus in matrimonio licet Cardin. in d. cap. Abbas contrarium teneat, & male ſecundum Bertran. cõſ. 118. lib. 3. par. 2. ſecundus in promiſſione doris; tertius in alienatione rei Eccleſiæ, quartus in prorogatione iuriſdictionis; quintus in voto; ſextus in authoritate tutoris; ſeptimus in teſtamento; octauus in pronuntiatione ſententiæ; nonus in conſtitutione procuratoris alioſq; caſus ſcribit Hoſtien. in ſumma de eo quod me cauſa propè finem, ſingulos ſuo more declarando, quorum aliqui ſunt ex gloſ. vbi etiam Abb. in cap. Abbas eod. tit. ſed de ſententia per mætum lata hoc quoque addas, quod ipſo iure corruit, etiam ſi iuſta fuerit Bal. in l. fin. C. de pœna iud. qui male iudi. & in l. 1. ff. de iud. in verſ. quæro ſuper iſta lege; decimum adde in contractu carcerari de quo Curtius Iunior in l. interpoſitas num. 9. C. de tranſact. 12. quando prælatus iurat propter mætum

metum res Eccleſiæ non repere, ſed hic poteſt ſub alienatione rei Eccleſiæ contineri, de quo loquitur tex. & gloſ. pen. in c. 2. de iureiuran. 12. ſi prælatus aliquem per metum inueſtiuit, Bal. in rub. de controuer. inueſt. 13. addas ex Caldetino Conſ. 1. tit. quod metus cauſa de poſſeſſione facta per metum, & licet caſus iſte ſub illo de voto contineri poſſit, quia in profeſſione votum ineſt, habet tamen in ſe aliquid maius, quoniam non niſi forma quadam ſolemniter adhibita ac plerumq; in ſcriptis, & manibus ſuperioribus fieri conſueuit, vti ſuo loco Doctores explicant; 14. ꝙ in ſententia diximus, & in arbitramento quoq; extenditur, ſunt enim ad inſtar iuditiorum, Bal. in l. fin. §. 1. col. fin. C. commu. de lega. 15. caſus eſt in contractu inito cum Principe, aut alio ſuperiori, in quo ſi metus adhibitus eſt ipſo iure vitiari contractum, tenuit Bald. in tit. de pace conſtan. verbo pactiones, motus quia, metus Principis eſt vis præciſa, quæ omnino tollit conſenſum alleg. no. per glo. in c. ſi verò 8. q. 1. & ꝑ Innoc. in c. ſuper de renuntiat. & per Abb. in cap. 2. in vlt. col. de eo quod me cauſa, quod dictum reputat notabile Decius in d. l. interpoſitas C. de tranſact. dicens ſpetiale eſſe in contractu inito cum Principe, vel alio ſuperiori, quod ſi inſtes lector, cur potius in his caſibus, quam alijs metus ipſo iure actus nullos faciant, reſpondemus quoniam in his omninò libera, & exactior voluntas requiritur, itá dicunt de teſtamento loquentes Imol. in l. 1. ff. de teſtam. per glo. ibi, & per tex. in l. 2. C. de Sacroſ. Eccleſ. & Ioan. Maria Riminal. conſ. 25. lib. 1. num. 9. & de ſententia Decius conſ. 42. col. 5. verſ. 3. & hoc magis placet, & de matrimonio, & reſignatione beneficij Staphil. quem ſuprà citauimus in tract. de varijs modis vacationis num. 25. facit ad hoc notabile dictum Abb. in cap. cum obitu de priuil. numer. 14. metum ipſo iure actum annullari, quando qualitas liberalitatis eſt de ſubſtantia actus, & Fely. in c. Paſtoralis de offic. deleg. quod latius proſequitur fort. de vlt. ſi. iur. à nu. 390. cum plurib. ſequen.

De contractu minoris, & quomodo abſoluatur. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Minoris iuramẽtum reſtitutionem, & ætatis auxilium tollit.*

2 *Atque id procedere ſiue habuerint, ſeu non habuerit curatorem.*

3 *Minor ſine decreto, & ſine tutore cum iuramento tamen alienat res immobiles.*

4 *Et ſi iurauit obſeruare, & non contrauenire ex quacunque alia cauſa læſionis quoque remedium amittit.*

5 *Abſolutio neceſſaria eſt, vt minor adiuuari poſſit.*

6 *Abſolutio monori conceſſa quid operatur, & 16.*

7 *Iuramentum minoris, an firmet cõtractus inualidos, explicatur nouiſſimè conflictus Bulgari, ac Martini.*

8 *Martini opinio authoritate Federici Imperatoris probatur.*

9 *Iuramentum minoris non aufert ei beneficium iuris communis.*

10 *Exempla aliqua, quæ contractum minorum præter ætatis defectum inualidos faciunt, & nu. 15.*

11 *Diſpoſitio prohibitiua ſuppletur iuramento, quando non habet perpetuam cauſam prohibendi.*

12 *Læſio in minore aliter conſideratur quam in maiore, quia etiam modica ſufficit ad reſtitutionem etiam infra dimidiam, dummodo non ſit minima.*

13 *Minor quando eſt reſtituendus colorata, & ſuperficiaria læſio ſufficit ſec. opinionem Aretini.*

14 *Remedium reſciſſorium, & reſtitutio in*

tio in integ. regulariter non cõcurrunt, tamquam remedia ordinarium, & extraordinarium, quod ſallit.

15 *Minoris iuramentum, ſuper alienatione rei in qua pater vſum fructum habet non tenet.*

16 *Minor iurans ad hoc vt ligetur iuramento num requiratur certioratio, vel ſufficiet, quod ſimpliciter iuret.*

Bartolus ſibi contrarius conſulendo tenet pro negatiua, quod non requiritur.

17 *Minori concedenda eſt habilitatio in omnibus caſibus in quibus iuramento non obſtante reſtitui poteſt.*

18 *Mendacium doloſe, & ſcienter excludit minorem, ne dum à remedio reſtitut. in integrum, ſed etiam à beneficio abſolutionis.*

In dubio præſumit ꝛ non doloſè, ſed ignoranter, & aduerſarij dolo inductus ad iurandum.

19 *Minor ætas quomodo probetur.*

SVB hac quoque abſolutionis ſpetie illud eſt annotãdum ꝙ obiter, ac sũmis (ꝙ aiunt) digitis tetigit Abb. in cap. 1. de iureiurand. de contractibus mi norum, & quod iuramento firmentur, ex hoc enim facile docebimur quid de abſolutione ſit ſtatuendum, & quoniam latiſſima patent ſuper hoc doctorum ſcripta in auth. ſacramenta puberum C. ſi aduer. vendit. ea tantum à nobis congeſta ſunt quæ ad abſolutionis materiam pertinere videbantur, aliqua .n. conſultò omiſimus, nè dum aliena tranſcriberemus, noſtra ſubordinatio verteretur.

1 Præcipua verò eſt huius capitis concluſio ſi in contractu minoris iuramentum acceſſerit adeò validari cõtractum, vt ætatis auxilio, ſublato beneficio reſtitutionis in integrum reſcindi non poſſit iux. l. primam C. ſi aduerſ. vend. & auth. ſacramenta puberum eo rit. ſecundum Martini opinionem, quæ communiter inibi à Doctoribus eſt recepta, & paſſim per conſulentes probata, vt per Alexan. conſ. 42. ſuper præmiſſis, & conſ. 125. viſis, & conſideratis lib. 1. & conſ. 123. viſa facti narratione lib. 2. alioſq; relatos à Socc. conſ. 76. vt fas perpetuò libr. 1.
2 † quam concluſionem equè procedere, ſiue curatorem habuerit adultus, ſiue non habuerit ſcribunt, Bald. in d. auth. in corpore vnde ſumitur de pace iuram. firm. Corn. num. 9. & Vmbertus num. 5. Ideò quàmuis non nulli contrarium tenuiſſent, inter quos Petr. & Cyn. ac ipſemet Bald. ſibi conrrarius in conſil. 201. incip. vobis ſpectabili in fin. lib. 2. verior tamen eſt opinio correctam fuiſſe diſpoſitionem l. ſi curatorem habens C. de in integr. reſt. per dictam auth. ſacramẽta puberum, prout antè alios expreſſius firmat conciuis in ead. auth. nume. 21. & in præcedenti rit. de Senatuſconſul. Clemenriano in fine ſequitur Bart. Iaſ. & alij in d. authen. Ripa in l. 1. §. fuit quæſitum num. 28. ff. ad Trebell. Curtius Iun. conſ. 53. numer. 5. qui dicit veriorem opinionem. Bar. in l. ſi quis cũ aliter de verb. oblig. quia minor ſine curarore equiparatur prodigo, & Maria Socc. 79. nu. 19. lib. 2. & Guid. Pap. qui de procuratore loquitur à minore conſtituto cum iuramento, & ſine authoritate curatoris deciſ. 35. & conſ. 81. col. 4. & Iarius col. 6.
3 † Quinimo nè dum ſine curarore, ſed & ſine decreto poſſe minorem cum iuramento res immobiles alienare, tenent Conciuis Roffred. in locis ſupra ciratis, & Socc. ſenior, qui alios refert in conſ. 229. præſenris conſultationis lib. 2. in princ. de quo tamen vide Caſtren. conſ. 53. viſis actis lib. 2. Socc. conſ. 139. lib. 2. & nos rurſus adeo noſtram hanc concluſionem veram putamus,
4 † vt ſi præter iuramentum obſeruandi contractum hoc quoque iurauerit

rit

rit minor non contrauenire;non tantum
ratione minoris ætatis (per quod iura-
mentum communi doctorum calculo
maior repreſentatur) verumetiam qua-
cunque ratione,beneficium quoq; legis
2.de reſcind. vend. aliaq; remedia, quæ
maioribus compere ſolent, amittere in-
telligimus, Bart.& omnes in d.l.2.Cor-
neus conſ. 236. col.2. poſt medium, &
conſ.258.col.3.lib.4.Decius conſ. 403.
col. 7. verſ. quarto reſpondetur, & poſt
hos Aymo. conſ.7. Eymondus Beccius
5 num. 6.& 6. † quia igitur ligatur minor
iuramento, ſubinfertur vnum principa-
le aſſumptum neceſſariam eſſe abſolu-
tionem,vt adiuuari aduerſus cõtractum,
quouis modo poſſit, ex his,quæ conge-
rit Natta aſten.conſ.144.per totum lib.
1. qua abſolutione obtenta, quoniam
ſimplex eſt habilitatio non illicò reſol-
6 uetur contractus † ſed hoc tantum ha-
bebit, quod maiores conſequi ſolent,
nempè vt poſtquam fuit habilitatus
ſua iura demõſtret, & cauſam ſuper qua
reſtitutio fundatur, plenè probet c.1. in
verſ.manifeſtè apparet,& c.ex literis de
reſtit.in integr.& ſcribit Socc.conſ.115.
circa primum nu.12.lib.1.nec.n. ſtatim
ꝙ ſe minorem oſtendit, circumſcriptum
ſe docuit l.nã, & poſtea S.ſi minor ff. de
iureiur. ideoq; ſi alias contractus à mi-
nori geſtus ſui validitate ſubſtineri po-
tuiſſet,nihil ex hac habilitatione minor
cõſequetur, ſiquidem ligatus eſt ad ob-
ſeruantiam contractus, & per iuramen-
tum vti iam dictum eſt maior repreſen-
7 tatur † ꝙ ſi contractus inualidus fuiſſet
ex alio capite præter ætatis defectum,
hic Martini Bulgariq; conflictus, ſentijt
enim Bulgarus per ſimplex iuramen-
tum in contractu appoſitum ſolum æta-
tis defectum ſuppleri, ac diſpoſitionem
illius authenticæ ſacramenta puberum
ad validos tantum contractus referri,
fuitq; opinio iſta Baldi, & vltramonta-
norum à pleriſq; verior reputata, quod
latè inibi proſequitur igneus,cuius opi-
nionis ea eſt ratio, quoniam iuramen-
tum duos defectus ſupplere non debet,
niſi,& ipſum reiteratum ſit,vt colligitur
ex Decio conſ.239 nu.3. communis ta-
8 men praxis,& conſuetudo † ac vt aliqui
dicunt Federici Imperatoris authoritas
Martini opinionem probauit, quod au-
then.illa etiam inualidos contractus fir-
met, quam nos inualiditatem (vt & no-
ſtrum in hac varietate iudicium affera-
mus, non illam putamus, quæ contra-
ctum alioquin circumſcripto ætatis be-
neficio ipſo iure nullum redderet,& quę
ſi in maioris cõtractu incidiſſet, nõ ſup-
pleretur iuramento, ſed illam tantum,
quam regulariter iuramentum ſupplere
ſolet alias, namq; nedum nullum eſſet
inter maiores,& minores diſcrimen, ſed
longè deterioris cõditionis minores eſ-
ſent, & ideo Roffred.in tract.libellorum
par.ſeptima ſuper illa authen. cõcludit,
quod vbicunq; maior poteſt venire con-
tra, nemo ſani capitis dicet hoc minori-
9 bus denegari †: conſtat enim minorem
per iuramentum, quod præſtitit ætatis
tantum, nõ ẽt iuris beneficium amiſiſſe,
Abb. & cæteri in c.cũ cauſã de emptio.
& ſcribit Feder.cõſ. 196. his adde Bar.
in d.auth.nu.2.vbi aliquas inualiditates
tradit,quæ ipſo iure contractum annul-
lant, quas nos inferius in ſecunda abſo-
lutione declarabimus, ſubditq; de iuis
diſpoſitionem auth.ſacramẽta puberum
non tractare,& nu.14. particularius di-
cit habere locũ in omnibus caſibus in
quibus iuramentũ maioris contractum
confirmaret, quod etiam probat ibi-
dem Corn. num.31. ex intentione gloſ.
ſuper illa authen. in corpore, vnde ſu-
mitur, quæ illud in vniuerſum conſi-
derare videtur, an contractus à mino-
re factus de per ſe valuiſſet, vel non,
quod ſi non valeat id, quod nos ipſo
iure intelligimus, nec etiam iuramento
conualidari, ſin autem valuiſſet, aut a-
liqui fuiſſent defectus, qui iuramento
potuiſſent ſuppleri procedere diſpoſi-
tionem illius authent. pro cuius intel-
lectu, ac limitatione ſi plura deſideres,
videndus eſt omnino Ioan. Cephali.
conſil. 207. quod eſt in 2. libr. nuper

impreſſo nume. 26. & plurib. ſequen. ac præcipuè nu. 74. vbi concludit, quod interueniente dolo, vel enormi læſione, ex qua præſumptus dolus reſultat, non procedit diſpoſitio authen. de quo puncto aliqua etiam ſcribit Afflict. deciſ. 322. num. 11. & ante eo Alexa. conſ. 27. viſo libello colun. 3. lib. 1. atque ita declarando ceſſant (ni fallor) omnes ſcribentium diſſentiones, eodemque modo Bart. Intelligendus eſt, dum num. 14 in d. auth. indiſtinctè limitat legem illam non procedere in contractibus inualidis, alias namque de directo pugnaret contra opinionem Martini communiter receptam.

Satis autem clara ſunt exempla quãdo contractus ipſo iure nullus eſt, alia ratione quam ætatis; Inter quæ præcipuum locum habẽt, quæ in ſecunda abſolutione dicentur, ſi minoris contractus doloſus, vſurarius cõtra bonos mores, aut contra legem extiterit.

Sed quia nullam habent dubitationem, videamus alia exempla, quæ in hãc
10 rem doctores tradunt, † pone enim primo, quod ſtatutum dicat minores non poſſe ſine præſentia conſaguineorum, aut alijs ſollemnitatibus cõtrahere; hoc caſu, quia præter ætatis defectum requiſita ſollemnitas deficit, putant aliqui nihil obeſſe minoris iuramentum, & ita Bart. ſpeciatim aũthenticam illam limitauit, & Ludo. Roman. conſili. 12. adeò verum putauit, vt hoc adiecerit procedere concluſionem illam, etiam ſi minor in contractu ſe maiorem iuraſſet, ſed contrarium in hoc communiter Doctor. concludunt ſcilicet Paul. de Caſtr. fulgoſ. & cuma. in l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſſ. Sal. in authen. ſacramenta puberum, Butr. Abb. Ioan. de Ligna, & Imol. in d. cap. cum contingat, qui vnanimer Bartolum repræhendunt, Alexan. latè conſil. 27. viſo libello libr. 2. & conſil. 238. libr. 4. & ante eos Federic. de ſenis conſ. 262. factum eſt, & Roffred. ſuper dict. authe. ſacramenta puberum qui hoc etiam tenuerunt, quod minor poteſt ſine decreto res ſuas cum iuramento alienare, pro qua concluſione facit pulcherrima ratio Alexandri in d. conſ. 22. & conſ. 38. col. fin. lib. 3. & con-
11 ſil. 200. cum ſtatutum lib. 5. † dicentis quod quando diſpoſitio prohibitiua non habet perpetuam cauſam prohibendi, quia poteſt cum certa ſollemnitate fieri contractus; tunc ſollemniras per iuramentum ſuppletur, & confirmatur, loquuntur tamen Doctores iſti, quando ſtatutum ſimpliciter aliquas ſolemnitates requirit, Ideo in hac difficultate ex mente Aretr. in conſil. 27. in fin. & Alex. in d. conſ. 27. lib. 2. ſic diſtingue, quod aut ſtatutum ſimpliciter prohibet ſine certa ſolemmitate minorem contrahere, & tũc licet in contrahentium perſonas verba dirigantur, ſuppletur ſolemnitas per iuramentum; aut ſtatutum vlterius procedit annullando cõtractum, & iuramentum, ſi alioquin fiat, vt vidimus ſupra in præcedenti c. de ſtatuto vrbis, & Bononiæ, & tunc iterum diſtinguendum, vt ſi tractetur de obligatione; qua obligamur parti, quæ ſecũdaria dicitur, nullus ſit omnino cõtractus, ſi verò de obligatione illa, quæ oritur coram Deo, hanc per ſtatutum minimè tolli, ſed neceſſariam eſſe abſolutionem, ſine qua poſſet (vt Aret. inquit) cogi iurans coram Eccleſiaſtico Iudice ad obſeruantiam iuramenti, ſed hoc latius nos dicemus in c. de contractu contra prohibitionem l. & in c. 1, 2. lib.

Aliud, & ſecũdum exẽplum ſi minor fundum vendidit, & enormiſſimè læſus fuit poterit non obſtante iuramẽto contractũ, reſcindere qm̃, & alias hoc beneficiũ maioribus quoq; competere ſolet, Bart. & Caſtren. & alij in d. l. 2. C. de reſci. Idem Caſtren. in auth. ſacramenra puberum nu. 5. & Alciat. in l. 1. ff. quis ita ff. de verb. oblig. Intelligitur namque hoc caſu contractus nullus alia ratione quam ætatis, Nẽpè ex enormiſsima læſione, quæ licet, vt diximus in 2. capite, ſi in maiore cadat iurumento ſuppleatur, hoc tamen in minore nullam habet diffi-

difficultatem prout inibi in 2. concluſione firmauimus,& apertè voluit Ioan. Mar. Riminal.conſil. 249. numero. 27. libr. 2. Idemque ſi non aliud iuramentum minor adiecerit, nullam eſſe dubitationem, quin abſolutio concedatur, efficacior enim doli præſumptio oritur,ſi
12 minor,aut mulier lędatur,vt ſcribit Maria Soccin. conſ.48. lib. 1. † Idcircò aliter quam in maiore læſio conſideratur, quoniam inquit Imol. in cap. cum contingat numer. 55. ſi minores læſi fuerint, regulariter eis ſubueniri etiam ꝙ modica læſio fuerit, dummodo non ſit minima, & in eorum reſtitutionibus enormiſſimam læſionem intelligi etiam ſi ſit in dimidia, vel intra dimidiam, vt in hoc ſaltim à maioribus differant, qui tunc enormiſſimam læſionem patiuntur, quando vltra dimidium iuſti pretij decipiuntur, quod latè explicant ſcriben. in l. ſuo ff. de integrum reſtir. eademque diffetentiæ ratio in ipſa læſionis probatione inter minores, & maiores conſtituitur, quoniam ſi de reſti-
13 tuendo maiore tractetur,plenior,& exactior requiritur læſionis probatio, † At quando minor eſt reſtituendus, ſufficere coloratam, & ſuperficiariam læſionem deduci, tenet Aret. conſ. 66. quod tum maximè obtinet ſi minor reus fuiſſet, & non actior fulgoſ.in l.nam,& poſtea §.ſi minor ff.de minori.Caſtren. in l. ſi. C.in quibus Cau.in integ. reſti.nō eſt ne.poſt Cyn. in l. quod tempore C. de reſtit. in
14 integr.

Hic tamē ſubtilis lector inſtabit, quo pacto reſciſſorium remedium, & reſtitutionem ex ætatis beneficio miſces, cum ex accurſ.& Bar.in l.1.C.ſi aduer.Fiſ. & in l. ſi. quidem C. de pręd. min. hoc ipſum liqueat, quod cum minor. ſe læſum in pretio prætendit non reſtitutio, ſed ordinarium remedium competat, Ideoque pretij tantum ſupplementum non etiam cōtractus reſciſſionem peti poſſe, his reſpōdetur opinionem hanc ſcilicet à pleriq; receptam, non tamen omninò tutum eſſe,nec ita indiſtinctè,argumentum procedere ordinarij, & extra ordinarij remedij de quo Inno.in ca. cum oporteat de iudic. contrarium namque Bal.tenuit in d.l.1.C.ſi aduer Fiſ.ſeu in l. ſi.C.ſi cum mulier, & id quidem concludenti ratione, quia expedit minori reſtitui magis in integrum,quam ſe deceptū probare, & ob faciliorem probationem poterit magis vti iure ſingulari, quam communi, præſertim cum hæc duo ad idem non tendant, ſed ad diuerſa,& regula illa, quod ordinarium remedium facit extraordinarium ceſſare non obtinet quando per ordinarium remedium minus conſequitur,vti Saly.ſcrib.in d.l. fin.C.ſi tut.vel cura.In quam ſentētiam Cyn.quoque, & Riccar.Malumb.in d.l. ſi quidem C.de præd.min.

15 Alia duo exempla ſribentes tradunt in d. auth. ſacramenta puberum vnum ſcilicet de filio fam. qui alienauit rem in qua pater vſufructum habet, & iurat non contrauenire, quoniam & ſi maior fuiſſet, non potuiſſet vtiq; res illas alienare,in quibus pater vſufructum habet, vt Bald. ſcribit in l.fin. §.filius C.de bo. quæ liberis; Item ſi minor feudi dominus rem feud. conceſſerit, paribus, aut alijs ſolemnitatibus non adhibitis poſſe non obſtante iuramento reuocare, Idem Bal. in d. auth. vnde ſumitur Iaſ. poſt alios ibi nu.47.cum duo bus ſequentibus quo in loco latiſſimè materiam proſequitur,& nu.54.cum pluribus ſequenti-
16 bus † illud quoq; examinat, vtrum ad hoc vt minor ligetur iuramento requiratur certioratio, an etiā ſufficiat ſimpliciter iuraſſe; ſupet quo articulo Bar. ſibi ipſi contrarius fuit, ſed opinio illa quod non requiratur certioratio, quam cōſulendo tenuit crebriori calculo ſubſcribitur conſuetudine, ac praxi probatur, pro qua multa Iaſon addit, & innumeros refert, ſubditque tutius tamen eſſe minorem certiorare quoniam aliquibus equior, ac vetior contraria opinio viſa fuit, ſed tu videas ſubtiliſſima argumenta. Alexand. pro communi opinione in dicto conſilio 27. viſo

libello lib. 1. quod Iaſ. citat, & aliqua etiam per Alciat. in l. 1. §. ſi quis ita num.49.ff.de verb.oblig. & Maria Soccin.conſ. 48.numer. 38. lib. 1. qui dicit hanc opin. commun, tunc procedere, quando minor hoc etiam iuraſſet non venire contra etiam ratione minoris ætatis.

Ergò ad noſtram abſolutionem redeamus, † ex his omnibus, quæ dicta ſunt hoc in vniuerſum colliges, in omnibus caſibus in quibus de iure minor non obſtante iuramento reſtitui poteſt concedendam eſſe habilitationem, ita vt læſionem, aut circumuentionem, aut aliam reſtitutionis cauſam probare poſſit; nàm licet iuramentum minorem, maiorem repreſentet, non tamen illum ſagacem reddit, vt Alex.copiosè ſcribit in l.ſciendum num.36. de verſ. oblig. & poſt illum Dec.conſ.45.& conſ. 180. in fin.& Cyn.conſ.60. num. 25. Præſumitur enim iuramento non obſtante in minoribus mulieribus, & ruſticis ſimplicitas, vt Bal. inquit in rubr. C. de rerum permut. & eadem ſimplicitate quemadmodum ad contrahendum, ita quoque adiurandum induci Marian. Socc.conſ. 48.num.36.lib.1.Ideo Bald.in d.§. item ſacramenta col.3.in corpore vnde ſumitur.iudices rectos monuit,curare eos debere, vt iuramenta à minoribus præſtita propter ætatis facilitatem remittantur, quod & Iaſoni placuit in l. generaliter 3.not.ff.de verb. oblig & ſequitur Aymo. à quo alij citantur in præallegat. conſ. 192. Erit autem forma huius habilitationis, quam Staphileus tradit in tra. quem ſibi falsò Gomeſius adſcripſit de literis gratiæ,& expecta fol.167. vt eidem minori aperiatur via ad implorandum officium Iudicis abſq; periurij reatu ſuper reſtitutione quatenus de iure ſit concedenda; Conſtat enim eo præcipuè nomine in integrum reſtitutioné à minoribus implorari, vt ea obtenta, reſciſſoriam liceat intentare actionem §. rurſus inſtit, de actio. & no. Bart.in l.ſi ab hoſtibus §. ſed quid ſimpliciter ff.ex quibus ca.maio,

18 Procedunt hæc quæ diximus† ſi nullum in contractu minoris mendacium acceſſerit cæterum ſi maiorem ſe cum iuramento aſſeruiſſet,vt reſtitutionis ita quoq; & abſolutionis beneficium amittere intelligimus l.2. & 3. C.ſi minor ſe maio. dixe.Anchar.cõ 226.legitur in canone col.2.Caſtren.conſ. 53. viſis actis lib.2.Aymo.conſ. 221. nu.9, Curt.Iun. conſ. 119.num.5.ſed hęc ita intelliguntur,ſi minor dolosè,& ſcienter hoc fecerit, cæterum ſi ignoranter, aut dolo aduerſarij ad ita iurandum inductus fuiſſet;vt in dubio præſumitur,ceſſare diſpoſitionem illorum iurium, concludunt Abb.conſ.71.col.3.lib,1.Ang.cõſ.160. col. pen. Aymo.in præcit. conſ. 121.& ita deciſum fuiſſe refert Afflict. deciſ. 194. in 4. concluſ. propè fin. verum in impetrãda his caſibus abſolutione, maxima cautela adhiberi debet, quoniam ſpeciatim eſt exponendum minorem ita contraxiſſe in contractu læſum fuiſſe,ac rurſus dolo aduerſarij inductum,vt cum minor eſſet,ſe maiorem diceret, qua abſolutione habita, hæc omnia ſunt probanda;quinimò quo ad ætatem probandam nihil per abſolutionem diſpoſitioni illarum legum detrahitur † quoniam

19 per inſtrumenta, & ſcripturas non etiam per teſtes probatio illa admittetur, vt ſcribunt docto.in d.l.3. Curt.in d. conſ. 119.& Afflict. in præallegat.deciſ.394. idque propter vires iuraméti inductum fuiſſe ſcribit,gloſ. in l.2. §. fœminas C. de his qui ven. æta. impetra. licet alias ſit ſtatutum poſſe minorem ætatem per teſtes non ſolum extraneos, ſed etiam actinentes, & conſaguineos probari, vt ſcribunt Bart. & cæt, in l. de ætate ff. de minor. & Bened. Capic. conſil.118. in fin.

De

De cnntractibus mulierum, & Senatuſconſ. Velliano. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Quocumque contractu mulier pro alio ſe obligat iuuatur. Velleiano.*
2 *Velleianum quibus caſibus ceſſet.*
3 *Iuramentum firmat contractum mulieris, & quæ ſit ratio.*
4 *Renuntiari poteſt Velleiano cum iuramento, & ſine.*
5 *Sed an ſufficiat ſimplex interceſſio iurata abſque renuntiatione Velleiani.*
6 *Specialis Regni prouiſio, ſuper renũtiatione Velleiani.*
7 *Quomodo mulieres abſoluantur a iuramento.*
8 *Confutatur aliorum opinio dicetium quod aliud fuerit Senatuſconſult. Velleianum.*

INSERENDA eſt ſub eiſdẽ, ſimplicis habilitationis exemplis mulierum interceſſio, quæ quoniã non ſecus, ac minorũ contractus iuramento firmatur, ita eiuſdem facilitatis intuitu qua minoribus ſuccurri dictum eſt; mulieres quoq; adiuuantur, quoniam vt alias ex Ariſtotile diximus, habet minor conſilium imperfectum, mulier autem inualidum: eſt autem in hac re con-
1 ſtitutiſſimum † cum mulier alienam ſuſcipit obligationem quibuſcunq; modis aut contractibus mandato ſcilicet fideiuſſione, conſtituto, nouatione, aut alijs in ſe illam transferat, Velleij Senatuſconſulto tueri, quo plura ſunt inſtituta remedia, quibus mulier ab obligatione exempta ſeruatur, reſtituitur ac actiones inſtituit, vt amplè notant Bar. & cæteri canon. in rub. eiuſdem tit. Adde, & quartum ex mente Caſtrenſis, vt & ſolutam quoq; pecuniam repetere poſſit mulier quod tamen remedium poteſt ſub illo
2 reſtitutorio remedio intelligi † ſi tamen principaliter pro ſe mulier contrahat, aut alias itidem in ſua cauſa intercedat ceſſare Senatuſconſulti reſtitutionem placuit l. ſi aduerſarius cum alijs iuribus C. eo l. de die §. 1. vbi Iaſ. ff. qui ſatiſda. cogãtur, in quo tex. habes exẽplum quomodo poſſit mulier in rem ſuam intercedere, hoc eſt quotieſcumq; maritus dotalem fundum vendicet, & vxorem ad ſatiſdandum adhibet, ergò quod ad iuramenti vim pertinet, in his caſibus, ac in cæteris omnibus, in quibus Senatuſconſul. ceſſat, quos notant Azo. & Roffr. in ſumma eiuſdem tit. Illud in mulieribus ſtatuitur, quod in alijs maioribus ſtatui ſolet, quo verò ad
3 ea, quæ Velleiano continentur, hoc ante omnia admonemur † firmari mulierum contractus iuramento, ita vt ſua authoritate contrauenire non poſſit c. ex reſcripto. & quæ ibi no. de iureiuran. eiuſ concluſionis duplex eſt ratio, Prima quoniam licet in fauorem ipſarum prohibitio emanuerit; non tamen contrahentium perſonæ prohibentur ideoque hac ipſa ratione fieri, vt iuramento firmentur, quoniam ſi verba Senatuſconſ. inſpiciantur non prohibetur mulier pro alijs intercedere, ſed hoc ſtatuit, vt ſi interceſſerit non teneat l. 2. §. hæc verba ff. ad Vellianu. ſin autem verba Senatuſconſul. eſſent prohibitoria perſonarum, quia dixiſſet nulla mulier poſſit ita contrahere, nihil operaretur iuramentum ſecundum vnam opinionem, quę nonnullis communior viſa fuit, quod nos in cap. de legis pro-
4 hib. examinabimus † altera verò quia ſatis eſt exploratum etiam ſine iuramento, & extra iudicium poſſe mulieres huic beneficio renunciare, vt ſcribunt Imol. & Felyn. in c. ex reſcripto de iureiuran. & vnanimiter omnes in l. fin. C. eo. quo circa ſatis noſtro iudicio fallitur Bologninus conſ. 45. num. 10. dicens cõtractum

aduer-

BIBLIOTECA NAZ. ROM. VITTORIO EMANUELE

verſus Velleianum fuiſſe à principio ipſo iure, nullum proindeq; iuramento firmari non poſſe, quoniam vt Doct. dicunt non eſt credendum plus ſubueniri ſexui, quam ætati, quæ quidem ſatis, & ſuperſunt clara.

Dubium verò huius tractationis in 5 eo conſiſtit, † mulieris interceſſio ſimpliciter iurata abſq; alia renuntiatione Velleiani ſit ſufficiens, vt huic beneficio renuntiatum intelligatur, & quod ſufficiat, communiori calculo tenuerunt ſcribentes, quorum meminit Curt. Iun. conſ. 49. col. fi. & Titaquell. in l. ſi vnquam in princ. num. 131. C. de reuoca. dona. & de legib. connub. gloſ. 5. num. 148. ea potiſſimum ratione, quod iuramentum habet vim certiorationis, ac ſpecialis conſenſus, hoc eſt quod mulier dum contrahit, ſciuerit hoc auxilium habere, vt voluerunt Bar. in l. ſi quis pro eo num. 11. ff. de fideiuſs. Alaxan. & Iaſ. in l. ſi repudianda ff. de acquir. hær. & in l. ſciendum de verb. oblig. Ideoq; non alia ſpetiali renuntiatione opus eſſe, quia iam ſit ſtatutum poſſe mulierem, iuramento fideiubere d. ca. ex reſcripto contraria tamen opinio, licet præcedens communior videatur, firmiſſimis rationibus ſubſtinetur, nempè ꝙ iuramẽtum ad incognita non trahatur, mulierem verò præſumptionem habere quod hoc beneficium ignorauerit ob ſexus fragilitatem l. ſi emancipata cum cõcordan. C. de iur. & fac. ignor. & huic opinioni pleriq; ſubſcripſerunt, quos citat Tiraq. quam, & nos veriſſimam putamus.

Sed hæc omnia iure communi pro-
6 cedunt, † quod enim ad huius Regni leges pertinent, ſpecialis adeſt prouiſio per pragmaticam Illuſtriſſimi D. Petri Toleti, tunc Viceregis, ſub data Putheolis die 12. Maij 1543. qua prouiſum fuit Velleianum Senatuſconſultum ab omnibus tribunalibus inuiolabiliter obſeruari non obſtante quacunq; renuntiatione per dictas mulieres faciẽda ſub quacunque verborum ſeriè, etiam ſi per notarios aſſerantur cercioratæ, nec poſſe aliquo modo dictæ pragmaticæ renũtiari, quod ſi renunriatum fuerit, renuntiationes illas ipſo iure nullas, nulliuſq; roboris, ac momenti intelligi, declarando inſuper obligationes illas, & renuntiationes contra bonos mores ciuiles, & naturales, & compræhendi ſub regula iuris canonicis, non eſſe obligatoriũ cõtra bonos mores præſtitum iuramentum, mandat inſuper notarijs ſub priuationis officiorum pœna nè de cætero ſuper his obligationibus inſtrumenta conficianr, & alia, vt in eadem regia pragmatica, quæ alternationes ſcribentium ſubſtulit, & mulierum fragilitati maximo fuit adiumento.

Igitur, vt abſoluendi praxim in hoc capite, ſicut & alijs ſtatuamus, ſi de iure communi tractetur, habilitanda eſt mu-
7 lier † a iuramento ad finem agendi, vel excipiendi, vt circumuentionem, aliaq; remedia de iure competentia proponere poſſit, atq; ita quoniam alio ordinario iudicio opus erit nihil à contractu per hanc habilitationem detractum eſſe intelligimus pręter periurij euitationem in agendo; ſi verò lex Regni iam dicta attendatur, aut ſimilis aliorum locorum diſpoſitio, quia actus ipſo iure nullus eſt non ad ſimplicem habilitationem, ſed ad plenariam relaxationem recurredum eſt, quoniam remiſſio iuramenti vinculo aliud iudicium neceſſarium non erit, ſtatim nãq; contractus corruit, vt in ſecun
8 da abſolutione dicemus † In hac autem Velleiani tractatione, ne te lector interdum fallat id quod aliqui putant fuiſſe aliud Senatuſconſultum Velleianum, quod de aſtrigendis libertis factum fuerit Claudianis temporibus, Velleio. Ruſo. & Oſterio. Scapula Conſulib, de quo in l. 1. ff. de aſſi. liber. ſcias Senatuſconſultum illud nuſquam, quod reperiſſem, Velleianum vocatum eſſe, ſed in nonnullis purioribus codicibus non Velleio. ſed Sabellio Rufo. legi, quo ſit, vt mirari non deſinam, Franciſcum Hotomanum virum antiquitatis peretiſſimum ita conſtanter hoc aſſeueraſſe, vt pro-

prium

prium capud huius alterius, Velleiani
inter alia Senatuſconſulta ſtatuiſſent,
ſed de his alias.

Per ſimplicem habilitationem non tolli effectus iuramenti. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Per habilitationem, periurium quomodo vitetur.*
2 *Habilitatione conceſſa remanent alij effectus iuramenti.*
3 *Si abſolutus ſuccumbit, remanet periurius, & pœnas contractus incurrit,*
4 *Abſolutio habet tacitam conditionē, ſi abſolutus iura ſua probauerit.*
5 *Nec litem dirimit, ſed aperit viam ad veritatem inquirendam.*

HACTENVS
ſtudioſè lector
ex prænarratis
temporibus li-
quidò docuim⁹
eſſe locum huic
priori abſolutio-
ni in quolibet
actu, qui non
omnino nullus ſit, & per iuramentum
conualidatur, quod (vt alio tranſeamus)
ſi plura deſideres exempla ad plenum
agunt canoniſtæ in repet, d.c.cum con-
1 tingat de iureiuran. Nunc quod ad ſim-
plicem habilitationem præcipuè perti-
net † hoc in vniuerſum traddimus, nul-
lam penitus eſſe ipſius vim præter periu-
rij euitationem in agendo, vel excipien-
do, quod periurium hac ipſa ratione ni-
tatur, quia dum abſolutionem implorat
fatetur ſe iurans iuramenti vinculo liga-
tum neq; aduerſus iuramentum venit,
quatenus Eccleſia indulget, vt ius ſuum
2 deducere poſſit, Abb. in conſ. 8. num. 7.
lib. 2. quare illud indubiè tenendum eſt
† Quoties. hæc ſimplex habilitat' con-
ceditur, alios iuramenti effectus, qui sūt
penè innumeri, minimè tolli, atq; ita ea
obtenta, ſua priuilegia, ſuaſq; virtutes,
quas ei iuramentum ſuperaddiderat,
retinet nihilominus contractus, cumu-
labitur itaque forus foro. iuxta diſpoſi-
tionem c. fin. de foro compet. lib. 6. non
aliter, ac ſi abſolutio non adeſſet, Item
& vim duplicis, & repetiti conſenſus (vt
doctores inquiunt) ac rurſus clauſula-
rum omnium ſalutarium, derogatoriè co
dicillaris, rato manente pacto, omni me-
liori modo, & alia retinebit, quæ poſue-
re Corſett. in repet, rubri, de iureiuran.
Ant. à Petruccia in l. 1. eo. tit. Ioan. de
Selua in tract. de iureiuran. & Marcus
Antonius Bauerius in alio tract. de vir-
3 tute iuramenti, inde infertur † quod ſi
habilitatus ad effectum agendi, vel ex-
cipiendi in cauſa ordinaria, quæ fiet au-
dita parte, iuſtam cauſam reſiliendi à
contractu non attulerit pœnam contra-
ctus, & periurij; nō minus incurrit, quam
ſi nuſquàm habilitatus fuiſſet, ſicuti de
pœna contractus ſcribit Bart. in l. ſi ſo-
cietatem §. arbitrorum col. fin. verſ. quæ-
ro ſi ille ff. pro ſocio, & de periurij Bald.
in l. hæc ſriptura ff. de condi, & demon-
ſtra. & Caſtren. conſ. 259. circa primum
quæſitum lib. 2. id vero cum ex ſuperius
expoſitis, tum quoq; hac ratione pro-
batur, Nempè quod abſurdum ſit per
ſimplicem hūc, & limitatum actum ha-
bilitationis †, quæ annexam habet con-
4 ditionem, ſi habilitatus iura ſua demon-
ſtrauerit, vt ſcribunt Bald. & cæt. in c.
1. de iureiuran. Tot iuramenti ſpetialia
tolli ex quibus is, qui iuramentum rece-
pit fauorabile ius ſibi quæſierat, ſieratq;
de facili fraus legi, quæ eas tribuit iura-
mento, priuilegia, Item cum illa habili-
tatio limitata ſit vti iam diximus, non
vltra quam limitatum effectum poſſe eā
producere neq; aliquid præter abſoluen
tis intentionem operari, ex vulgarib. re-
gulis eſt exploratum, cum igitur iura-
menti ius quo ad obſeruantiam contra-
ctus adhuc obſtet, habilitatio contractū
alias qualitates, quæ per iuramentum
ſublate

ſublatæ non fuerint, retinere nemo eſt qui neſciat, vt probat ex multis de abſolutione ad effectum agendi ſpeciatim tractans. Aymo. in d.conſ. 7. num. 7. lib. 1. & ante illum Felyn. in cap. 1. col. 7. de iureiuran. Socc. in l. hæc ſcriptura de condi. & demonſtra. Ripa in rubr. extra de iudi. num. 39. & poſt hos Io. Cephali Ferrarien. conſ. 51. num. 22. quibus adde pulcherrimam Bal. rationem in d. c. 1. nu. 5. de iureiuran. † dicentis ſolutionem hanc de qua agimus fieri ad aperiendũ viam inquiſitioni veritatis, ideoque non imponere terminum liti, quia ad litem præparandam, non ad decidendam conceditur, non ſecus ſicut quando ad cautelam abſolutio aliqua impartitur.

An partis citatio requiratur in abſolutione iuramenti. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Per ſimplicem habilitationem non tollitur ius, ſed auditur pars in probationibus, ideo nulla citatio requiritur, ſed.*
2 *In totali relaxatione neceſſaria eſt.*
3 *Tollitur namque hoc caſu obligatio, Ideo.*
4 *Tunc tractãdum de iuſtitia, & veritate contractus quando de eius reſolutione agitur.*
5 *In ſimplici habilitatione agitur de gratia debitori facienda, non de præiudicio creditoris.*
6 *Si officium Iudicis impetretur quãdo neceſſaria citatio.*
7 *Actus quamplures cum cauſa cognitione fiunt, non tamen citationem requirunt.*
8 *Actus qui omninò fieri debebat citationis defectu non vitiatur.*
9 *Quamplures authores hanc opinionem tenentes pro qua contra Conſilium Neapolitanum iudicauit.*
10 *Lapſus Fran. Turzani. qui contrariam communem dixit.*
11 *Deciſio Sacri Conſilij Neapolitani, In hoc articulo.*

EX hoc quod diximus per hãc ſimplicẽ abſolutionẽ cõtractus reſolutionem non induci, ſed viam tãtum aperiri ad oſtendendũ de iuribus iurantis, habes rurſus beneuole lector deciſionẽ ad vulgatam illã apud veteres, & recentiores iuris interpretes quæſtionem, an partis citatio requiratur in abſolutione iuramenti, quandoquidem ſi de ſimplici habilitatione quæramus, rationibus iam ſæpius ſtrictiſſimè concludetur, nulla citatione opus eſſe,
1 †quippe cum nullum ius aduerſario detrahatur, nec fiat ex ea quominus audiatur pars in probationibus poſtea faciendis, ita voluere Ioan. Andr. in addit. ad ſpecula. tit. de iureiuran. ſuper rubrica verſ. ibi autem iuraſſet, Butr. in antepon. col. Imol. verſic. alia fuit practica in c. debitores de iureiuran. Rodulf. in tractat. de vſuris ſuper c. conſuluit quæſt. 125. Dec. in cap. qua fronte de appellat. Oldrad. conſ. 120. ad duplicem finem, Anchar. ſibi contrarius conſ. 18. in q. Nicolaum, Paul. Paris. conſ. 96. nu. 25. lib. 1. Marcus Mantua Patauinus conſ. 297. viſo præſenti proceſſu num. 15. lib. 1. poſt quos hanc ſententiam cõmunem dicunt Alciat. in cap. cum contingat nu. 125. Gomeſ. in tract. Breuium num. 46. Afflict. à quo alij citantur deciſ. 120. nu.
2 10. & ſeq. † ſi vero de relaxatione tractetur qua totus reſcinditur, cõtract⁹ admittenda eſt opinio tenẽtium cõtrariam ꝙ partẽ citatio requiratur, ex quibus nõ nullos Felyn. citat in d. c. 1. de iureiura. quem ſequitur Bertran. conſ. 135. num. 12. lib. 8. Curt. Iun. conſ. 44. ſuper contingentia facti, Sigiſmundus Loffr. conſ.

12. & alij quos comulauit Ioan. de Ami-
cis, licet & ipſe ſibi contrarius conſ. 34.
in princ. Nec enim vlli dubium eſt, ta-
metſi illi indiſtictè hoc teneant eorum
opinionem veram eſſe, vbi abſolutio pe-
3 titur †, vt ſimul tollatur obligatio, &
4 prorſus ipſius actus vis euaneſcat †, tunc
enim tractandum eſt de iuſtitia, & veri-
tate contractus, cum de eius reſolutio-
ne agitur, habet enim ea relaxatio reſti-
tutionis inſtar: omnes autem in integrũ
reſtitutiones cauſa cognita à prætore
promittuntur, ſcilicet vt iuſtitiam ea-
rum cauſarum examinet, an veræ ſint,
quarum nomine ſingulis ſubuenitur l.
2. ff. de reſtitutio. in integrum vnde ſi ex
abſolutione parti quæ iuramentum re-
cepit aliquod intereſſe, vel præiuditium
inferretur, dicemus, ne dum citationem,
ſed pleniorem cauſæ cognitionem eſſe
adhibendam, hoc habes ex verbis Vol-
piani hac in re ſatis, & ſuper congruen-
bus, is namque de adoptionis cõfirma-
tione pertractans, vt explicaret qui fo-
rent vocandi, inquit adhibitis etiam
his qui contradicerent, hoc eſt qui læ-
derentur confirmatione adoptionis.

Sed & hanc diſtinationem particu-
larius probant Innoc. in cap. ad aures
extra quod me. cam. Imol. in clemen. di-
ſpendioſam col. pen. de iuditijs, Butr. in
5 cap. debitores de iureiurand. Egidius
Bellamera in cap. 1. de iureiurand. qui
aliam rationem addit †, quod in ſimpli-
ci habilitatione agitur de gratia debi-
tori facienda, non autem de præiudi-
tio creditoris, Calderin. conſ. 7. in tit.
de iureiurand. Caſtren. conſ. 95. num.
8. lib. 1. & iterum conſ. 214. circa pri-
mum col. pen. Alexand. conſ. 222. lib.
2. Anton. à Prato veteri inter conſilia
eiuſdem Alexand. libr. 4. conſ. 40. col.
7. num. 20. Bald. conſil. 460. libr. 5.
Aymo. Crauetta. in præalleg. conſ. 7.
Eymondus num. 7. Ioan. Maria Rimi-
na. conſ. 245. in princ. lib. 2. Abb. in
conſ. 12. & ſi copioſior. Curt. Senior
conſil. 165. propè finem, vbi dicit ma-
ximam eſſe harum abſolutionum diffe-
rentiam, ac opinionem illam de citatio-
ne, tunc obtinere, quando pars intẽ-
dit ſibi relaxari iuramentum, Gozadi.
conſil. 69. num. 22. Marſil. in reper.
rubr. de probat. num. 222. & Marian.
Socc. in tract. citatio art. 7. num. 30. &
is reſpondet ad aliquas obiectiones,
Card. Floren. Iaſ. in l. nec quicquam §.
vbi decretum col. 9. de offic. procon. &
Socc. conſ. 59. num. 10. lib. 3.

Eam nos diſtinctionem nè tantum
authoritatibus innitamur argumentis
non ineleganter huc pertinentibus cõ-
probamus illud primum deducentes,
quod hæc habilitatio nullam in ſe præ-
ſupponanat actionem, ſed mæro Iudicis
officio, quod ex æquitate naſcitur, li-
cèt interdum actioni deſeruientem im-
partitur, ſicuti inferius ſuo proprio ca-
6 pite ſpaciatim demonſtrabitur †. Quo-
ties ergo officium Iudicis miſericordi-
ter (vt ſic dixerimus) non ad principale
factum, ſed ad remotionem alicuius ob-
ſtaculi impertatur; libellus aut citatio
maximè requiritur, ſecus eſt ſi contra
certam perſonam datio, vel factum
principale petatur, iuxta magiſtralem
Theoricam Bald. in rubr. ff. de interro-
gato. action. quam tenuit Abb. in cap.
ſignificanti 2. de appellat. & latè pro-
ſequitur Felyn. in cap. 2. colum. 3. verſ.
in quãtum concludit de officio Iudicis,
quod rurſus ad clariorem diſtinctionem,
dum caſus. Incidiſſet domini de Rota
deduxerunt. Citationem ſcilicet, & li-
tis conteſtationem non requiri, ſi iudi-
cis officium reſcindens dumtaxat im-
ploretur, ſecus ſi reſcindens ſimul, &
reſciſſorium petatur, vt refert collector
deciſ. 3. de reſtit. in integr. in nouiſ. ſe-
cundum recentiorem impreſſionem, Pa-
pazzoni, quæ in veteribus codicibus
eſt deciſ. 9. vbi inquit audiuiſſe Ric-
cardum de Salyceto, ita dixinguentem,
& rurſus deciſ. 5. alias 34. in nouis, q
etiam latius agit de officio Iudicis tra-
ctans, Hyppol. in l. de vnoquoque num.
82. ff. de re iud.

inſtrumentorum in verſ. relaxatio, & habilitatio, qui hoc etiam adiecit, poſſe hãc abſolutionem, quæ fit parte non citata etiam feriatis diebus, neq; Iudice pro tribunali ſedente concedi formam traddẽs, quæ & in petẽda, & cõcedenda abſolutione ſeruari ſolet, poſt quos (ne noſtratibus detrahatur.) cõmunem etiã tenuit Vincentius Maxilla Barenſis ſuper conſuet. ſuæ ciuitatis, tit. de immun. ciui. à ſerui num. 30. & ita nuncupatim decidit Rota in anti. deciſ. 766. alias 8. tit. de iureiurand. vt ſic tametſi adſit inter has opiniones conflictus, adhuc vt verior, & communior hæc eſt ſequenda ea potiſſimum ratione, quod vſu cõprobatur, vera enim interpretatio à practica ſumitur, vt Bal. inquit in cap. 1. in princ. de feud. ſine culpa non amitt. licet Card. Florent. in c. 1. de iureiur. contendat ſæplus Epiſcopos eorumque Vicarios concedentes habilitationem non vocato aduerſario.

Dum hæc ſcribebamus incidit de fa-
10 cto quæſtio in ſupremo noſtro Neapolitano Cõſilio quam cum patres ſatis dubium aduertiſſent, & auctoritates hinc inde viderint, vt tutius decernerent, voluerunt vna conuenire, atq; ita vtraque aula iuncta habita maxima diſcuſſione pro hac noſtra, & communi opinione decreuerunt reſeruando ad merita propoſitam periurij exceptionem, cum egiſſet pars altera, quod non obſtante abſolutione periurus, nihilominus diceretur, tamquam ea inaudita conceſſa, & hic etiam aduertat lector, quomodo per Indirectum iudices laici ſuper iuramenti materia ſæplus decernant, hæc enim cõmunis praxis obtinuit, quod dum principaliter de iuramento cognoſcere non poſſunt, periurij exceptionem ad merita reſeruant, mandantes vt ea nõ obſtante ad vlteriora procedatur, prout in hac cauſa, alijſque innumeris practicatum eſt, hoc decretum fuit interpoſitum die 8. Men. Februarij. Anno 1564. In cauſa Reuerendi Abb. Federici Carafæ, cum magnifico Vincentio Carafa eius patre referente magnifico domino Thoma de Altomare penes Secretarium Actuarius cauſæ Io. Portius.

11 Vt autem in articulo tàm vario appareat numerus ſequentium vtriuſq; opinionis alphabetico ordine eos adnotaſſe placet, vt adhuc illis ſatisfiat, qui authorum non tàm rationes, & auctoritates, quam numerum ſectantur, quos eo quoq; impenſius cumulauimus vt ſciant iam bonarum artium ſtudioſi nuſquã eſſe interpretum fiducia in vtrãque partem dormiendum † Hos enim ſi vidiſſet Turzanus ab Inciſia in ſuis recollectis opinio 47. non ita crudè, ac ſimpliciter contrariam partem communiorẽ aſſeueraſſet auctoribus per quam pauciſſimis, licet alias non contemnendę auctoritatis, in articulo tàm vario cõtentus, cum innumeros cumulare potuiſſet, quos nos hac de cauſa inferius deſcripſimus, & hoc etiam ſacrum noſtrum Conſilium in hac quæſtione ſemel, & iterum in alia cauſa noſtris temporibus obſeruauit.

Auctores, qui tenuerunt citationem requiri etiam in ſimplici habilitatione ſunt videlicet.

ABb. conſ. 12. lib. 2.
Anchar. ſibi contrarius conſ. 199. & iterum conſ. 383.
Alex. conſ. 223. viſa facti narrat. lib. 2. & cõſ. 66. q. eſt eiuſdẽ prĩcipij nu. 14. li. 6.
Bertran. conſ. 135. nu. 12. & conſ. 41. & 154. lib. 1. & 163. nu. 4. & 5. lib. 3.
Barbat. conſ. 24. col. fin. 11. lib.
Cappell. Thol. q. 62. ſed apoſtillator ibi contra.
Calder. ſibi cõtrari' cõſ. 1. in fi. tit. de fer.
Carolus Ruynus ſibi item contrarius, conſ. 26. lib. 4.
Cardin. Floren. in cap. 1. de iureiuran.
Curtius Iun. conſ. 152.
Fely. in cap. 2. de ſponſal.
Franciſcus Turzanus opinio. 47.

Geminian. conſ. 16.
Guido Pap. deciſ. 140. & iterum 225.
Hyppol. ſibi contrarius in l. de vnoquoque de re iud. & in praxi criminali, §. nunc videndum num. 35.
Io. Staphileus de commiſs. & literis iuſt. cap. in primis igitur.
Io. de Amicis ſibi contrarius conſ. 34.
Io. Bapriſta Ferrer conſ. 149.
Io. Petrus de ferrarijs in pract. Papien. in rit. de iuramento, quod præſtatur à parte parti. verſ. iuramentum.
Paul. Caſtren. in l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſs.
Sigiſmund. Loffred. conſ. 12.
Socc. conſ. 59. col. 3. lib. 3.

Pro opin. negatiua, quod non requiratur citatio.

Antonius Butr. in c. debitores de iureiurandum.
Ant. Maſſa. Galleſius de literis in forcam. par. 6. q. 2. num. 3.
Anchar. ſibi contrarius conſ. 18.
Aegidius Bellamera in c. 1. de iureiura.
Alb. Oliua ſuper ritib. Curiæ Archiep. Neap. in Ritu 12. num. 3.
Afflict. deciſ. 120. num. 10.
Alciat. c. cum contingat num. 125.
Ant. a Prato vet. inter conſ. Alexa. conſ. 49. lib. 4.
Aymo. Crauet. conſ. 7.
Barbat. conſ. 85. lib. 3.
Bellamera c. 1. de iureiuran.
Bertran. ſibi contrarius conſ. 164. lib. 1.
Carolus Ruyn. ſibi contrarius conſ. 69. lib 3. & conſ. 120. lib. 1. num. 30.
Calder. ſibi contrarius conſ. 7. tit. de iureiuran.
Cappell. Tholoſan. deciſ. 62. & prius in deciſ. 12.
Curtius Senior conſ. 44. col. ante pen. & conſ. 195. col. fin. in fin.
Curt. Iun. ſibi contrarius conſ. 152. nu. 9
Decius in c. qua fronte de appella.
Felyn. ſibi contrarius in c. 1. de iureiura.
Gomes in tract. Breuium num. 46.
Gozadin. conſ. 69. num. 22.
Guliel. Bened. in cap. Raynurius in verbo duas habens filias col. vlt.
Hyppol. in rubr. de probat. num. 222.
Iac. Nouell. in 2. tomo reg. reg. 50.
Imol. in cap. debitores de iureiura. & in clemen. diſpendioſam de iudi.
Io. Andr. in c. debitores.
Io. Maria Riminal. conſ. 345. num. 5.
Io. de Amicis ſibi contrarius conſ. 33. num. 43.
Io. Rupellan. forens inſtit. cap. 33. lib. 1.
Maria Socc. in tract. cit. art. 7. num. 30. & conſ. 47. col. fin. lib. 3.
Marcus Antonius Narta. conſ. 167. l. 1.
Marcus Mantua conſ. 197. lib. 1.
Milis in repertorio in verſ. citatio poſt num. 25.
Oldrad. conſ. 120.
Paul. Caſtren. ſibi contrarius conſ. 95. lib. 1. & iterum conſ. 215. lib. 2.
Paul. Pariſius conſ. 96. nu. 21. lib. 1.
Petrus Dominicus de Muſſis in formulario inſtrumentorum in verſi. relaxatio.
Rodulph. in tract. de vſur. ſuper ca. conſulit q. 125.
Rota deciſ. 776. alias 8. tit. de iureiuran. in antiquis.
Rolandus à Valle, qui dicit magis commune conſ. 34. in princ. & conſ. 13. num. 38. lib. 1.
Sthephan. Aufr. in apoſt. ad cappellam Tholoſ. q. 62.
Vincentius Maxilla ſuper conſuet. Baren. tit. de immuni ciuita. l. à ſeruitio.

An conceſſa abſolutione ad agendum requiratur alia abſolutio ad obtinendum. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *In habilitatione iuramenti ineſt cōditio ſi probauerit.*

2 *Cui*

2 *Cui datur licentia, vt agat videtur data, vt peragat &c.*
3 *Ideo abſolutio, ad finem agendi proficit ad finem obtinendi.*

ALIA quoque ſuborritur quęſtio, ex eo quod diximus in prę-
cedẽtibus nullã eſſe vim huius habilitationis pter periurij
euitationẽ omniaq́; integra manere ſed vtrum hac ſimplici
habilitatione conceſſa, quæ ad finem tantum agendi, vel
excipiendi datur, ac probatis in iudicio ordinario parte,
altera audita iuribus iurantis, enormi puta læſione metu,
vel circumuentione neceſſaria ſit alia, & ſecunda abſolutio;
quæ in totum iuramenti vinculum relaxet, atq́; eũ qui
probauit obtinere faciat & ſanè quod requiratur, omnia
duobus proximè præcedẽtibus capitibus, relata, argumenta
concludere videntur, fuitq́; iſta opinio tutior à Fely.
reputata in c. 1. q. 8. de iureiuran. hac potiſſimum ratione,
quod prima illa abſolutio hoc tantum caput reſpiciat in quo
iuramentum obſtabat, ne ageret, ideoq́; ligatum adhuc
videri iurantem ex alio capite ſcilicet obſeruantiæ
contractus, ne abſolutio vltra abſoluentis intentionem
operetur, quæ fuit habilem tantummodo ad agendum
iurantem facere, additque
1 Fely. Bal. dictum †, quod in habilitatione ſemper apponitur
cõditio, quod non intelligatur abſolutus ſi non probauerit,
& ita ſe iudicando practicaſſe, ac turſus ſubintelligi
conditionem illam, etiam ſi non dicatur; vt Idem Bald.
ſcribit in l. hæc ſcriptura ff. de condi. & demonſtr. & in
d. c. 1. nu. 5. de iureiuran. vbi dicit, quod ſi fertur
ſententia contra debitorem, qui fuit habilitatus a
iuramento, & non ſoluit periurus remanet, ſtaret .n. in
ſuſpẽſo iuramẽti effectus argu. l. cũ hic ſtatus §. ſine de
donat. inter vir. & vxor. ſed his omnibus facilis patet
reſponſio ex quod eo ſcribit Caſtren. conſ. 259. alias 219.
circa primum quæſitum lib. 2. in
2 fin. vbi inquit †, quod ſi per abſolutionem iuramenti data
fuit alicui licentia, vt agat; videtur quoque data, vt
peragat parte tamen vocata in peragendo arg. l. qui
procuratorem dat ff. de procur. & licet à principio
abſolutio illa plena non poſſit dici, quia pendet ex futuris
probationibus, tñ ex poſt facto ſi abſolutus probauerit, ex
his probationibus repletur, atq́; ita conualidatur, vt non
ſit o-
3 pus amplius abſolui iurantem † cum prima ſufficiat
abſolutio, quæ tametſi conceſſa fuerit ad finem agendi,
proficit quoq́; ad finem obtinendi, neq́; obſtat Fely.
argumentum, quod ſit præter abſoluentis intẽtionem; nam
cum hoc primum ſuperior conceſſerit, vt agat, illud quoq́;
conceſſibile videtur, vt poſtquam egerit, & de iuribus ſuis
probauerit, abſolutus remaneat, atque hoc ipſum Bal.
firmat, quem pro ſe Fely. allegat, dum dicit in ſuſpenſo
interim eſſe effectum iuramenti, & tacitam ineſſe
cõditionem quod non intelligatur abſolutus ſi non
probauerit, à contrario ſenſu manifeſtè Caſtrenſis
opinionem probat, quod læſione probata, vel alijs
defenſionibus abſque noua abſolutione abſolutus
intelligatur, ac ſimiliter omnia noſtra argumenta
præcedentia, ſcilicet, quod remaneant ſalua omnia in
fauorem illius, qui iuramentum recipit, nihil in contrarium
faciunt, quoniam niſi legitimè infrigantur à iurante, alijs
vti iam dictum eſt defenſionibns, tenebitur eiuſdem
iuramenti vinculo, quod quia perempta remanet cauſa
abſolutionis in priſtinum ſtatum reuertitur, vt Bal. dicit
quo ſupra loco citauimus, & hoc particularius ex
ſupracitato conſ. Caſtren. firmat Marcus Antonius Natta
conſ. 167. num. 24. qui pro hac parte conſuluit pro qua
etiam in eueniente caſu Sacrum Conſilium Neapolitanum
iudicauit, vt refert Affli. deciſ. 322. meminitq́; huius
deciſ. Natta in loco præalleg. Idem Afflict. in con-

ſtit.

ſtit.obſcuritatem col. vlt. 8. not. & Ioa-
chim Myſingerus libro ſingulatium ob-
ſeruationum cameræ Imperialis centu-
ria ſecunda cap.57. Idem teſtatur in ca-
mera Imperiali obtinuiſſe, neque ad-
mitti contrariam, quam Felyn. tutiorem
dixit opinionem.

De relaxatione, ſiue ſecunda abſolutione.

Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Relaxatio tunc conceditur, quando nullitas contractus per iuramentum non poteſt ſuppleri.*

2 *Tunc enim ſolo iuramenti vinculo iurans obligatur ad non contraueniendum.*

3 *Relaxatio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio.*

SECVNDA
eſt abſolutio-
nis ſpecies, re-
laxatio, quam
itidem forẽſes
ſecundam, ſi-
ue plenariam
vocãt abſolu-
tionẽ, quæ (vt
abundè ſupra in principio demonſtraui-
mus) ex nullitate contractus potiſſimã
cauſam, & diſpenſandi rationem accipit
ideoque ſi contractus ſuper quo iura-
mentum eſt interpoſitum nullus argua-
tur, ob idq; relaxari iuramenti vinculũ
ſupplicetur, illud venit ante omnia di-
1 ſcutiendum † ſit nè ea nullitas, quæ per
iuramentum minimè ſuppleri, aut re-
parari potuiſſet (de qua nos inferius
exempla dabimus) quod ſi apparue-
rit fore contractum ipſo iure nullum ni-
hil erit quod poſſit iuramento conuali-
dari, ſi quidem nullum reperit fundamẽ-
tum, cui valeat cohærere, ſublato enim
principali contractu, ipſum quoque iu-
ramentum velut acceſſorium corruere
neceſſum eſt, iuxta terminos l. fin. ff. qui
ſatis cog. & l. fin. C. de non num. pecun.
& per Socc. conſ. 79. vt fas perpetua nu.
11. lib. 1. & notat amplè Tiraq. de iure
conſtit. 3. pat. lim. 7. num. 27. verum eni-
muero, quia in his etiam caſibus, & ge-
neralius in omnibus alijs, In quibus tur-
pitudo, & peccatum ex ſola recipientis
parte verſantur, ligãtur nihilominus iu-
2 rans non quidem ex contractu †, ſed ſo-
la perſonali actione ad non contraue-
niendum, vt ſcribit Abb. in cap. 1. de iu-
reiuran. & Rota deciſ. 41. in antiq. alias
6. ſub tit. de iureiuran. neceſſariam eſſe
abſolutionem ſacri canones decreuerũt,
dato enim iuramento (inquit Vlpian.)
non aliud quæritur, quam an iuratum
ſit, remiſſa quæſtione an debeatur quaſi
ſatis probatũ ſit iureiurando, habet. n. in
ſe ea relaxatio omnimodam contractus
reſolutionem, vt ſtatim remiſſo iuramẽ-
to poſſit is qui iurauit contra promiſſa
3 venire quandoquidem † nil aliud eſt re-
laxatio (vt noſtri dicunt, quam priſti-
ni ſtatus repoſitio ſic enim fit, vt cum
contractus ei non reſiſtat, quia ipſo iu-
re nullus, non iuramentum, quia per ab-
ſolutionem ſolutum, nihil remanere in-
telligimus ex quo obligatio aliqua fun-
detur, ita cõcludit Abb. quem ſibi com-
muniter ſequuntur ſcriben. in cap. de-
bitores, loco quidẽ ſatis hac in re com-
muni de iureiuran. duos inter principa-
les nullitatum caſus afferentes, quorum
primus, ſi contractus notoriè vſurarius,
alter ſi in totum ſimulatus appareat,
quod nos latius explicabimus, particu-
lares aliquas ſpecies ſubnectendo, in
quibus nullitas ipſo iure arguatur, quod
ſi interim, (ſatis namque hic locus ex-
poſtulat) ſcire lector deſideres, quid ſi-
bi tandem velit, quod tota die dicimus
IPSO IVRE, IPSOQ; FACTO
aliquid nullum eſſe, hæc quæ ſequun-
tur ad tui gratiam adiunxiſſe non pi-
get.

De verbis ipſo iure, ipſo que facto. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Accurſij error, in explicatione verbi* IPSO IVRE.
2 *Quid in hoc dixerit And. Tiraq.*
3 *Quid Ronchegallus.*
4 *Solus Franciſcus Duarenus id præſtitit.*
5 *Io. Coraſij plagium ex commentarijs Duareni.*
6 *Ius ciuile vetuſtius ad differentiam prætorij* IPSVM IVS *dicebat.*
7 IPSVM IVS.
8 SOLEMNE IVS *ſiue.*
9 STRICTVM IVS.
10 IVS. *Quid*
11 *Cum ipſo iure dicimus, factum Iudicis excluditur.*
12 *Accurſij lapſus.*
13 IPSO FACTO *ſucceſſit pro* IPSO IVRE.
14 HOC IPSO, ET EO IPSO *quid*

IN huius nodi explicatione cecutiſſe multos ex noſtris & ex his† ipſũ quoq; (vt plerumque in ſimilibus ſolet) Accurſiũ
1 palam eſt, quorum interpretationes conferre, ſuperuacaneum noſtro inſtituto iudicauimus, ſunt enim variæ, & à vera expoſitione aberrantes, illud tamen pro certo comperimus à multis huc vſque tactum, dicas potius vellicatum, à paucis vero (abſit verbo inuidia) abſolutum
2 fuiſſe †; nam quod amplè, & copioſè, vt in cæteris omnibus agit Andr. Tiraq. vir apud nos, cum doctrinæ, tum maximæ authoritatis in l. ſi vnquam in gloſ. reuertatur C. de reuoc. donat. eo tãtum tendit, vt quid interſit, fiat ne aliquid ipſo iure, vel per ſententiam ſtatueret, multas enim differentias in illa reſcripſit, quod etiam proſequutus eſt † Ron-
3 chegallus. in tract. de reiſ. ſuper princ. l. 2. illius tit. vbi poſt multa reſidet, nihil referre, quod ad rei effectum cõſequendum, fiat aliquid ipſo iure, aut per ſententiam, ita vt tametſi aliqua, & ipſe diſcrimina ſtatuiſſet prius ex diametro tandem Tiraquello obſtitiſſe videatur
4 † Neuter verò ex ipſis, vel ex alijs, item quos viderimus propriã nomen claturæ originem attigit, præter Franciſcũ Duarenum virum noſtra memoria politioris elegantiæ eruditiſſimum, (fuerat autem Gulielſ. Budeo. magna familiaritate coniunctus) cuius nos opinionem ſequuti, quæ ipſe nouiter; ac perbelle excogitauit, citra tamen plagij ſuſpitionem, multiſq; à nobis additis adſcripſiſſe lubet, quod eo libentius fecimus, quia tacito
5 Duareni nomine† à Ioanne Coraſ. Tholoſate probatiſſimo viro tranſcripta poſtea verbatim inuenimus in l. ſeruitutes la. 3. ff. de ſeruit. & de eo fortaſſe Duarenus conqueritur in Apologia quam contra plagiarios ſuorum operum conſcripſit., ſed ad rem veniamus; Veteres iureconſultos (inquit Duaren. in l. in a-
6 ctionibus ff. de in litem iuran. † ius ciuile vetuſtius, ad differentiam iuris prætorij. IPSVM IVS vocare ſolitos fuiſſe. Prætor enim qui iuris ciuilis cuſtos dicebatur, tollendi quidem illud, aut abrogandi facultatem non habebat, ſed interpretatio, emendatioq; illa quæ ex bono, & æquo fit, ipſi permittebatur? Quod igitur emendando, interpretandoq; cõſtituiſſet, licet IVS diceretur, tamen quia legibus, & iure ciuili erat inferius, ius illud primarium, ex quo prætorium originem ducit, exprimere volentes iure
7 conſulti † IPSVM IVS appellarunt tametſi quandoq; & MERVM, ET
8 † STRICTVM IVS, quod in pluribus locis inuenies, vel SOLLEMNE, vt in l. nec ex prætorio ff. de reg. iur. non
9 nunquam †, IVS ſimpliciter ſine adiũctione, vnde Vlpianus in l. 1. §. fi. ff. de ſuperfi.

ſuper ſi. SERVITVTES (inquit) PRAE-
TORIO QVOQVE IVRE CON-
STITVVNTVR, ET IPSAE AD
EXEMPLVM EARVM, QVAE
IPSO IVRE CONSTITVTAE
SVNT, VTILIBVS ACTIONIBVS
PETVNTVR, & in l. 1. quod falſo
tutor. SI PRAETOR DECREVIT
RATVM SE HABITVRVM, QVOD
HIS AVCTORIBVS GESTVM EST,
TVNC VALEBIT PER PRAETO-
RIS TVITIONEM, NON IPSO IV-
RE, & in l. 1. quibus mo. vſuſ. amic.
PARVI REFERT, VTRVM IVRE
SIT CONSTITVTVS VSVFRV-
CTVS AN TVTIONE PRAETORIS
& in l. ſi vſusfructus ff. vſufructuar. quē-
admo. caue. ILLVD SCIENDVM
SIVE IPSO IVRE QVIS VSVFRV-
CTVM HABEAT, SIVE PER
TVITIONEM PRAETORIS, NI-
HILOMINVS COGENDVM ESSE
VSVFRVCTVARIVM CAVERE;
hæc Duarenus, cuius mentem ſequutus
Franciſcus Hotomanus auctor apud nos
probatiſſimus (licet & is Duarenum ta-
ceat) alios locos conſimiles addit in ſuo
commentatio iuris in verbo ipſo iure;
ex quibus locis, ſunt enim ferè eadem
verba, Duareni explicatio comprobatur
pro qua nos inferius, alios item textus
à nullo ipſorum deductos contulimus,
ex quibus (vt hæc quæ diximus cum vul
gari vſitatione conferamus) hoc planè
11 intelligimus † cum IPSO IVRE dici-
mus, factum iudicis nos excludere, &
ideo eleganter, & expreſſius Vlpianus,
CESSARE PARTES PRAETORIS,
voluit, VBI IPSVM IVS NOS MV-
NIVISSET, l. ex cauſa §. 1. ff. de mino.
12 quæ omnia manifeſtè † Accurſij lapſum
oſtendunt; dum in l. 3. ff. de ſeruitutibus
explicauit ipſo iure, hoc eſt de SVBTI-
LITATE IVRIS, ſecus autem de æqui-
tate. Hoc ergò, quod priſca, ac purior
iureconſultorum Aetas ipſo IVRE di-
xit, vt in locis præcitatis, & in l. 1. §. 1.
de curato. furio. & in l. ſi libertus in prin
cip. ff. de iure patron. & in l. ſi is. quem
de excuſa. tuto. & in l. interdum in fin.
de oper. libert. & in l. ſi ambo ff. de com-
penſat. Plerique ex noſtris, labente latini
ſermonis elegantia, barbarè ſicut, & in
13 multis IPSO FACTO dixerunt; quos
Alexan. cumulat conſ. 139. viſo puncto
col. 2. lib. 7. ſentiens. & ipſe nihil inter ſe
has dictiones ipſo iure, ac ipſo facto dif-
ferre, idque paſſim in omnibus caſibus,
in quibus neceſſaria non ſit Iudicis ſen-
tentia, vſurpatū videmus, vt ſcribit Bar.
in l. 1. ff. de his qui notan. infam. Bal. in
præci. l. 2. de duo. reiſ. & ſpeciatim de-
clarat Archidiac. in cap. 1. in fin. de ho-
mici. lib. 6. dicens nullam requiri ſenten-
tiam, vbicunque iura ciuilia, vel canonica
dicūt IPSO FACTO VEL IPSO IVRE
& alibi idem Archid. in c. 1. de reſcript.
lib. 6. exponit IPSO IVRE IPSOQVE
FACTO, hoc eſt ſine alio hominis ad-
miniculo, idem ſi dicatur † HOC IPSO
vt in l. in pupillo ff. de ſolutio. & in cap.
cum ſecundum de hæret. lib. 6. id quod
EO IPSO dicitur, quod idem importat,
vt per eundem Archidiac. in cap. quia
ſæpe, & in cap. auaritiæ de electio. l. 6. &
ſcribit Neapod. noſter in cōſuetud. Nea
po. tit. de filiis fam. teſtare volentibus in
verſ. eo ipſo, & Card. in clem. 1. de elect.
vbi ſpeciatim exponit EO IPSO, HOC
EST SINE SENTENTIA, ex quibus
adde Lucam à Penna in rubr. de iure Fi
ſci. verſ. decimo, qui & ipſe vim huiuſce
verbi IPSO IVRE aliqualiter ſentijt, ta-
metſi adhuc rudi interpretatione expli-
cet, dum inquit IPSO IVRE ideſt TO-
TALITER, NVLLO EXTRINSE-
CVS OPERANTE, quod & illud re-
ſpicit, vt pro eo quoque vox iſta acci-
piatur, quod dicimus directò RECTA
VIA STATIM, & IMMEDIATE, vt
ne dùm nulla ſententia, ſed nec aliqua
partium exceptio requiratur ipſa enim
iuris auctoritas ſtatim nullo, nec Iudicis
nec partis adminiculo concurrente de-
clarat.

Quibus autem caſibus neceſſarium
ſit Iudicis factum, vt ſaltim declarato-
ria ſequatur ſententia, fuſius quam alibi
ex Ron-

ex Ronchegallo habes quo ſupra loco citauimus, quem latius videre poteris, dum tamen hoc interim lector intelligas, quæ hic à nobis ſunt explicata, à pauciſſimis, vt diximus, huc vſque tacta fuiſſe. Sed iam ad exempla relaxationis veniamus.

De iuramento illicito. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum illicitum, vel illicito contractui adiectum, nullum eſſe.*

2 *Iuramenti diffinitio ex Canoniſtis.*

3 *Alia diffinitio ex Cicerone.*

4 *Turpe iuſiurandũ remitti, ſicut turpes conditiones.*

5 *Octo conditiones iuramenti.*

6 *Illicitum iuramentum, quod propriè dicatur ex Auguſtino.*

7 *Item ex Iuſtiniano.*

8 *Quoad abſolutionem iuramentum aliter conſideratur ex lege canonica, quam ex lege ciuili.*

9 *Eſt enim aduertendum ex qua parte contrahentium vertetur illicitum.*

10 *In relaxando iuramento illicito non eſt neceſſaria partis citatio ſecundum Cardinalem.*

11 *Authortamen contrariam opinionē tenet.*

12 *Interdum nulla etiam abſolutio requiritur.*

13 *Tranſgreſſor illiciti iuramenti acceptior eſt quam obſeruator.*

14 *Scienter iurans illicitum in quid incurrat.*

15 *Ad cautelam tamen ſolet concedi abſolutio.*

16 *Et erit potius de facto, quam de neceſſitate.*

SEQVVTI ordinē prioris habilitationis, conſequens eſt, vt antequā ad alias particulares quæſtiones veniamus relaxationis quoque, ſeu plenariæ abſolutionis exempla ſtatuantur, quæ ad plurimum, ex infraſcriptis contractibus conſtant, nempè doloſo, ſimulato, vſurario, contra prohibitionem legis, & contra bonos mores, alijſque eius generis multis, quos ipſo iure lex nullos, reddit, vt in propria cuiuſque capitis tractatione declarabimus, verum quoniam, vt hi contractus, ideo maximè prohibentur, quia generaliter illiciti ſunt, conſentaneum fuit de illicito iuramēto generale caput ſubmittere, erit-
1 que illius principalis concluſio †, iuramentum illicito contractui ſuperadditum, aut id ipſum illicitè præſtitum nullius eſſe roboris, aut momenti, deducunt Canoniſtæ ex cap. ad noſtram lo terzo, & cap. cum contingat, & ex cap. quanto de iureiurand. & 22. quæſt. 4. per totum id quod ipſa quoque arguit iuramenti deſcriptio: Nam vt Hoſtien. ſcribit in ſumma illius tit. in princ. & Sylueſtri. in ver. iuramentum 3. alijq;
2 omnes †. Nihil aliud eſt, quam aſſertio, vel negatio de aliquo licito poſſibili, vel honeſto, ſacræ rei atteſtatione fir-
3 mata, quod & breuius †, & elegantius Cicero iuſiurandum, affirmationem eſſe religioſam quoties, quid, quaſi Deo teſte aſſeritur: Inde ſi religioſa res eſt iuſiurandum. ſatis, & ſuper ex hoc ſolo intelligimus, nec turpe aliquid, nec illicitum continere, aut firmare poſſe; Eſt enim Religio, vt Nonius Marcellus ſcribit, Deorum cultura, idque paſſim, prætermiſſis quoq; canonicis inſtitutionibus, ipſa ciuilis lex oſtendit ſi, vt maleficium fiat promiſſum, vt (inquit) Vlpianus in l. iuriſgentium ff. de

pact.) nulla eſt obligatio ex hac conuentione, & in l. non erit S. ſed & ſi quis ff. de iureiurand. ſi quis inquit illicitum iuſiurandum, ſcilicet improbatæ religionis detulerit, videamus an pro eo habeatur, atque ſi iuratum non eſſet, quod magis æxiſtimo dicendum, & in l. filius ff. de conditio. inſtit. quæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem, verecūdiam noſtram, & vt generalius dixerim contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſſe Paulus ait. Adde quod, & Vlpianus ſcribit in l. in conditionibus in fin. ff. de condit. & de-
4 monſtra. † ſicut turpes conditiones remittuntur, ita & turpe iuſiurandum. Verum quibus ex cauſis reddatur iuramentum illicitum multa Hoſtien. ſcribit in ſumma illius titul. num. 4. quæ ſub vno verſu octo capita concludit, quæ poſtea in diſcurſu ſpeciatim decla-
5 rat. † Quis cui, quod, ad quod, per quod, cur, quomodo, quando, quem ordinem Ioan. Andr. quoque tenuit in nouellis in cap. tua nos col. 2. de iureiurand. & Roffred. conciuis in libellis ſuper auth. ſacramenta puberum par. 7.

Sed quod ad propoſitum noſtrę quęſtionis pertinet, cum de iuramenti ob-
6 ſeruantia tractatur †, illicitum iuramentum in vniuerſum dicimus, ſi ex illius obſeruantia vtraque ſalus contrahentium, ſpiritualis ſcilicet, & temporalis, vel ſaltim altera periclitatur cap. penul. 22. q. 4. vbi legitur de quodam Vbaldo qui iurauit ſe non miniſtraturum neceſſaria matri, & fratribus, & ſunt Auguſtini verba. Nec credo ſacramentum ad hoc debere fieri, vt iniuſta iuratio, ſuorum bonorum ſit iniuſtè iurantibus expoliatio, & accipienti æterna damnatio, periurij namque percutietur pœna, per quem Sacroſanctum Euāgelium ad iniuſtum, & illicitum, & Deo minus amabile quaſi teſtimonium iuſtæ, & humanæ petitiones adducitur, foueat itaq; Vbald. matrem, & fratres, & lugeat ſi coactione, & timore iuramenti aliquid defuit matri, & Ambroſius in ſubſequēti canone, quod eſt vltimum eiuſdem quæſtionis, & cauſæ poſt longam illicitæ tractationem quiſquis (inquit) ſe iuramento firmauerit aliquid facturum, qua vel corporalis, vel ſpiritualis ſalus adimatur, & ſine qua vtraq; ſalus reparari, vel confirmari non poſſit, fidem promiſſam ſeruare prohibetur, & alia
7 multa † idque Iuſtinianus quoque Imperator ſtatuit in authentico ſcenicas, non ſolum ſi fideiuſſores præſtent, quo in loco adeò his canonicis ſanctionibus conformatur, vt ab eodem Ambroſio, aut Auguſtino ſcripta quis exiſtimet, quæ Imperator ille Illuſtriſſimus ſanxerat. Non enim (inquit) ſi quis ab aliquo iuſirandum acceperit, quia occidet forſitan, aut adulterabitur, aut aliquid aget tale, illicitum oportet ſeruari iuſiurandū, vt pote cum ſit ita turpe, & illicitū, & ad perditionem perducens, & paulò inferius, magis autem (ſubdit) Deo amabiliter pœna periurij (ſi qua omninò eſt pœna) contra eum, qui iuſiurandū exigit conuertenda, quod amplia ſecūdum Card. 35. col. 1. procedere ne dum qñ obſeruantia iuramenti inducit mortale peccatum, quo caſu vergere dicitur in interitū ſalutis, ſed ēt ſi tantum veniale induceretur, quod dicitur ſalutis, diſpēdium, & nō interitus glo. in c. ſi aliquid de iureiu. Arch. in c. quāuis de pact. li. 6.
8 † Quod aūt ad abſolutionē pertinet, vtrum illicitum iuramentum aliqua abſolutione indigeat, aliter lex ciuilis, aliter verò canonica iura intelligunt, generaliter namq; Vlpianus cenſuit de iureiurando remittendo opus non eſſe prætorem adire; ſemel enim per prætorem remiſſum per ſingulos amplius remittendum non eſſe. At iure canonico non eſt ita generaliter intelligendum, ꝙ illicitum iuramentū ſeruare prohibetur
9 †, ſed in primis aduertendum ex qua parte contrahentium vertatur illicitum, nam ſi ex parte illius, qui iuramentum recepit, turpitudo aliqua, vel illicitum adſit, aut etiam, vt inquit Turrecrema in d. c. penul. 22. q. 4. in modo, & tēpore adimplen-

adimplendi iuramentum, aliiſuè circũ-
ſtantijs, ex parte verò iurantis, nullum
immineat in obſeruando peccatum, ob-
ligat quidem iuramentum perſonaliter
vt non contraueniatur, proindeq; neceſ-
ſaria eſt abſolutio, quæ tamen non ob-
ſtante aduerſarij contradictione facilè
concedetur, verba ſunt Panormi. in cap.
1. num. 3. & in d. cap. cum contingat col.
17. verſ. ſeptimus eſt caſus per tex. in d.
cap. 1. & cap. debitores, vbi de vſurario
contractu ad plenum habes, & hac ra-
tione motus, quia nihil obſtat aduerſa-
10 rij contradictio †, ſentijt etiam Card. d.
conſ. 35. quidam habens vnum filium
col. 2. quod in relaxando iuramento il-
11 licito, partis citatio non requiratur †, ꝙ
nos admittimus attenta diſtinctione tra
dita in capite, an partis citatio requi-
ratur, cum enim de totali relaxatione
tractetur, omninò citari pars debet, po-
terit enim ſuum iuramentum, vt lici-
tum defendere niſi notorium eſſet nul-
lam poſſe defenſionem competere, &
quod ſufficiat ad abſolutionem obtinẽ-
dum, iuramentum non poſſe ſeruari ſi-
ne interitu illius, qui iuramentum ac-
cipit non minus, quam ſine interitu ſalu
tis ipſius iurantis reſpicere habes ple-
niſſimè ex Aymo. à quo innumeri refe-
runtur in conſ. 152. circà teſtamentum
12 num. 6. † ſi verò ſalutis diſpendium ex
vtroque contrahentium, vel ex promit-
tente ſolum reſultet, nulla prorſus requi
ritur abſolutio, Bal. in c. quanto num. 2.
de iureiuran. Imò iuramentum, quod in
hoc caſu altero ex tribus comitibus ca-
ret, quorum vno deficiente non obligat
vt per Rubeum conſ. 12. num. 5. propria
authoritate tranſgredi licet, Abb. in ſæ-
pius citato cap. cum contingat col. 16.
verſ. ſecundus eſt caſus, & in c. venera-
bilem nu. 24. de electio. & in c. olim vbi
glo. in verſ. de tacenda veritate de accu-
ſat. Guid. Pap. q. 463. latè Henr. Boch. in
c. ſi vero de iureiura. pro qua concluſio-
ne eſt tex. opt. 22. q. 4. in malis vbi dici-
tur in malis promiſſis reſcinde fidem, &
quod ſequitur impia eſt promiſſio, que
ſcelere adimpletur, id quod repetitum
eſt à Bonifacio VIII. in regula in malis
13 de reg. iur. lib. 6. † Illiciti namque iura-
menti acceptior eſt apud Deũ tranſgreſ-
ſor, quam obſeruator c. vbi periculum §.
pen. de elect. lib. 6. & in authen. ſcenicas
quem locum paulò ante adduximus, ibi
cũ oporteat agnoſcere huiuſmodi tran-
ſgreſſiones magis Deo placere, quam iu
14 ſiurandi obſeruationes † His ergò caſi-
bus, ſi illicitum ſcienter quoq; iuratum
fuerit, in temeritatis tantum culpã pro-
babitur iurans, de qua pœnitentia eſt a-
genda, Abb. in c. ſicut ex literis de iure-
iuran. neceſſe eſt enim, vt qui malè iurat,
dignam agat pœnitentiam eò quod no-
men Dei contra illius præceptum, ſum-
pſit in vanũ c. neceſſe 22. q. 4. & c. cum
quidam §. illi de iureiura. Adde quod
Bal. inquit in c. 1. nu. 6. eod. tit. abſolu-
tionẽ non eſſe in huiuſmodi iuramentis
neceſſariam, quia expreſſum eſt vitium
informa promiſſionis; quod autẽ legitur
in d. §. illi, proximè citato, eos qui iurant
non loqui patri, vel matri, vel ſorori, aut
eiſdem humanitatis ſubſidia non exhi-
bere abſoluendos eſſe (quod ijs que hu-
cuſq; diximus aduerſari videtur) glo. ibi
15 intelligitur † abſolutionem illam nõ ex
neceſſitate, ſed ad cautelam potius im-
partiri, ꝙ etiã Geminiano placuit tacita
tñ gloſa in illa conſ. 60. num. 41. quam
rurſus ſequuntur Hoſt. Abb. & Imol. ibi,
qui dicunt hunc eſſe verum illius tex-
tus intellectum, quàmuis Innoc. Card.
& Fely. aliter conentur textum illum in-
terpretari dicentes abſolutionẽ neceſſa-
riam eſſe quoties promiſsio potuiſſet in
aliquo caſu ſine ſalutis interitu ſeruari,
quod innumeris argumentis reijcit Co-
uarr. in cap. quamuis in princ. 2. par. nu.
4. cui nos opinioni ſubſcribimus, illud
inſuper deducentes, ꝙ Aug. Berous ſcri-
bit lib. famil. quæſtio. cap. 28. Abſolu-
tiones iſtas peccatum non arguere, ſed
potius declarare iam eſſe iurantem ipſo
iure abſolutum † vnde abſolutio de fa-
16 cto non etiam de iure cenſebitur, ſicut
Inno. aduertit in c. 1. in verſ. abſoluimus
infin.

infin. de iureiuran. quod ſi quis eiusrei rationem optet, reſpondemus vbi animæ periculum vertitur; tutiorem viam eligendam eſſe cap. Iuuenis de ſponſali. Ideoque quoties abſoluentis adeſt copia petenda eſt ad cautelam abſolutio, ſin autem periculum, vel intereſſe aliquod ex petitione immineat omitti non minus poterit, ita decidit de excom municato loquens, Villauren. in ſumma, cui Aurea Armillia inſcribitur in verſ. abſolutio §. 59. & ante illum de illicito iuramento ſpeciatim tractans Lucas à Penna in l. 1.2. col. C. qui militare non poſſunt lib. 12. & Card. Zabarella conſ. 35. quidam habens vnum filium col. 2. in princ. & facit in arg. 11. quæſt. 3. can. anteceſſor. ex quibus, vt ad nos redeamus clara ſit noſtra principalis cõcluſio, nihil eſſe in huiuſmodi contractibus, aut iuramentis, quod ſeruari debeat, Ideoque ad totalis relaxationis materiam capud hoc quam maximè pertinere, quod ſi adimpleta ſit promiſſio, non minus eſſe repetitioni locum, vt latiſſimè Iaſ. probat in conſ. 160. viſis, & diligenter conſideratis lib. 4. per totum, vbi multa de repetitione indebiti, & quod per errorem datur non obſtante iuramento. Et Couarruuias in regula peccatum in 1. §. 2. partis, & in §. 2. latiſſimè tractat, quando poſſit retineri illicitè exceptum, aut etiam non danti reſtitui, ſed pauperibus erogari, & quid faciendum, quando is qui dedit, in eadem fuit turpitudine, de qua re, vide om ninò elegantia iura in l. 3. & 4. ff. de condi. ob tur. cau.

Poſſnnt verò illiciti actus alioqui prohiti non nunquam liciti fieri id que per extremam neceſſitatem contingere ſolet, qua ſtatuitur interdum licitum eſſe furari, quod omni iure prohibetur, Item & patri ob famis neceſſitatem filios vendere, Item ex alijs circumſtantijs multis, quas congerit Couarruuias quo ſupta loco citauimus.

De contractu contra prohibitionem legis. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Contractus contra prohibitionem legis ipſo iure nullus, ac ſi celebnatus non fuiſſet.*

2 *Et ex eo nec naturalis obligatio oritur.*

3 *Etiam ſi lex vlterius non procedat nullando actum.*

4 *Quia tacitè continet clauſulam derogatoriam.*

5 *Qui facit actum contra legem ipſemet reuocare poteſt.*

6 *Et tuetur ne dum exceptione, ſed vt principaliter etiam agere poſſit ad nullitatem.*

7 *Quæ ſit ratio concedendi in hoc contractu abſolutionem iuramenti.*

8 *Et cur neceſſaria, cũ contractus nullam habeat obligationem.*

9 *Submittuntur in hoc aliquæ declarationes, & prohibitionis ſpecies diſtinguuntur.*

10 *Prohibitio, interdũ publico, aliquando priuato fauori innititur.*

11 *Idque aut principaliter, aut ſecundario.*

12 *Exemplum prohibitionis ob publicã vtilitatem de renuntiatione priuilegij clericalis.*

13 *Aliud exemplum in prorogatione inſtantiæ.*

14 *Aliud de alienatione eorũ, quæ ædibus ſunt affixa.*

Aliud de prohibita alienat. feudorum

15 *An prohibitio ob fauorem publicum intelligantur ſecundum leges ciuiles, vel canonicas.*

16 *Prohibitio ob fauorem priuatum tollitur per iuramentum.*

17 *Etiam quod in conſequentiam contineat publicam vtilitatem.*

18 *Exemplum in alienatione fundi dotalis, quæ firmatur iuramento.*

19 *Fallit*

19 *Fallit ſi antea iuraſſet non alienare.*
20 *Item ſi dotans fuiſſet ſtipulatus ſibi reddi dotem.*
21 *Quid differat ſi lex probibitoria dirigat verba in rem, vel in perſonam.*
22 *Quando lex expreſsè n.ᵗ -eſiſtit, nec aſſiſtit, an firmetur actus iuramẽto.*
23 *Quid, ſi fiat actus in fraudem legis.*

ALIVD nunc
relaxationis exẽ
plum ſub illici-
torũ genere ſub
nectimus cõtra-
ctus ſcilicet cõ-
tra prohibitio-
nem legis, quip
pè, quod, & hoc
illicitũ nihilominus appareat, non quia
perpetuò iniuſtũ, ſed quia prohibitum,
1 quod ex ſe licitum eſſe potuiſſet, † eſt
autem per quam vulgatis regula cõtra-
ctum contra legis prohibitionẽ initum
ipſo iure nullum eſſe, perindeque iuris
fictione haberi, ac ſi nuſquam celebra
tus fuiſſet, vulg. l. non dubium C. de le-
gibus, ibi. (nullum contractum inter eos
videri volumus celebratum) & paulò in-
ferius (non ſolum inutilia, ſed etiam pro
infectis haberi volumus) & in l. condi-
tiones ff. de conditio. inſtitutio. condi-
tiones contra edicta Imperatorum (in-
quit Martialis) aut contra leges, vel quę
legis vigorem obtinent ſcriptæ pro non
ſcriptis habentur, ac perinde, ac ſi hære-
ditati, vel legato ſcriptæ non eſſent, hæ-
reditas, legatumùè purècapitur, poſt
quos, & Bonifacius Octauus, de reg. iur.
lib. 6. Quæ contra ius fiunt debent (in-
2 quit) vtique pro infectis haberi †. hinc
alia, ex non minus conſtitutiſſima con-
cluſio, & huiuſmodi contractibus, qui-
bus lex reſiſtit, nec ciuilem, nec natura-
lem obligationem, ſubindeq; nec actio-
nem vllam oriri, aut fideiuſſorem accede
re l. ſi non ſortem vbi Iaſ. in princ. ff. de
condi. indebi. l. cum lex, & l. ſed & ſi ſer-
4 ui. vbi omnes ff. de fideiuſſoribus †, quã
nos concluſionem eo quoque extendi-
mus, etiam ſi legis verba vlterius non
procedant, annullando actum quem fie-
ri vetuit †. habet namque prohibitoria
lex tametſi ſimpliciter loquatur, dero-
gatoriam, atque (vt ſic dixerim) annul-
latiuam clauſulam annexam, Bal. & Ful
goſ. in 4. Iaſ. in ſeptimo notab. ſuper d.
l. non dubium, Decius conſ. 494. nu. 12.
latè Vber. Zuccar. in l. poſt hummo nu.
62. C. de bo. poſſ. cont. tab. & glo. notab.
in clemen. 1. de iure patro. id quod ſæ-
pius noſtri dicunt, quod contra legem
fit, ipſo facto intelligi retractari, de quo
Boer. latè deciſ. 1. nu. 16. & alibi ipſum
met promiſſorem poſſe aduerſus actum
contra legem factum venire cap. ſi quis
præsbiterorum cum ibi nota. de reb. Ec-
cleſ. non alie. l. iubemus C. de Sacroſan.
Eccleſ. l. 1. C. de liberali cau. Et fuſius
Alexand. lib. 1. conſ. 22. num. 11. Rurſus
5 quoq; † quod expreſsè reuocare poteſt
ipſemet, qui fecit (quod proximum eſt
priori dicto, l. quemadmodũ C. de agri-
col. & cenſi. lib. 11. Innoc. in cap. noſti
de electio. & multa Iſer. in tit. qui ſuc-
6 ceſs. tenean. col. antepenul. † Atque iti-
dem non exceptione tantum, promitten-
tem ex actu nullo tueri, verum quoque
poſſe (ad triginta tamen annos) principa
liter de nullitate agere, petẽdo pronun-
tiari contractum nullum, & caſſari qua-
tenus de facto proceſſit quemadmodum
docet gloſ. ſingul. in l. ſi dolo. verſ. pe-
nul. C. de reſcind. vendi. & Phil. Fran. in
cap. dilecto 4. quæſtione num. 9. de ap-
pellatio. & no. in cap. conſtitutus de in
integr. reſti. & multa Bologninus in ad-
dit. ad conſ. Io. Anan. 93. 4. col.

Ex his planè intelligimus, quod ad iu
ramenti obſeruationem pertinet, nihil
eſſe in his contractibus, quod poſſit iu-
ramẽto conualidari; Atque ideo abſol-
uendum eſſe iurantem, qui cõtra diſpo-
ſitionẽ legis, ne dum communis, ſed e-
tiam municipalis iurauit, de iure com-
muni Vlpianus probat in l. iuriſgentium
S. & generaliter ff. de pact. generaliter
(inquit)

(inquit) quoties pactum a iure commu-
ni remotum eſt, ſeruari hoc non oportet,
nec legatum, nec iuſiurandum de hoc
ad actum ſeruandum eſt, Marcellus lib.
2. Digeſtorum ſcribit, de ſtatuto verò
aliuè municipali tex. ſupra citatus in l.
conditiones ff. de condit. inſtit. ibi (con-
tra leges, vel quæ legis vicem obtinent)

7 † Huius relaxationis duplex a noſtris ra
tio tradditur 1. quoniam contrahens iu-
ramentum turpiter recepiſſe intelligitur
contrahendo aduerſus legis prohibitio-
nem, Abb. in conſ. 107. lib. 1. Feder. de
ſen. conſ. 264. & Ang. Peruſinus conſil.
160. col. 2. Altera quoniam legis pro-
hibitio obligat cõtrafacientem ad pec-
catum mortale, vt ſcribit Bar. in l. ſiquis
pro eo ff. de fideiuſſo. cuius opinionem
in eo, quod attinet ad hunc articulum,
an legis prohibitio obliget cõtrafacien-
tem ad peccatum latiſsimè examinat
Conſtantius Rogerius in tract. de legis
potentia par. 2. in cap. de lege prohibiti-
na; ſed præter illum videatur omninò
Alexand. conſ. 110. cum ſtatuto lib. 48.

8 †; quare autem adhuc neceſſarium ſit
abſolui iurantem cum nulla fundetur
obligatio ex illo contractu apertius o-
ſtendit Rota in antiquis decil. 40. alias
6. ſub tit. de iureiurand. concludens iu-
ramentum appoſitum in contractu à iu-
re reprobato non ligare quãtum ad hoc
vt contractus valeat, ſed bene, vt iurans
ſuum iuramentum ſeruare debeat, id qꝫ
aliter nos ſupra in generali capite rela-
xationis explicauimus.

6 † Hæc autem quæ ita generaliter ſuper
legis prohibitione dicta ſunt, quamplu-
res recipiunt declarationes, ſentiũt enim
noſtri, diuerſam eſſe prohibendi ratio-
nem, diuerſumque ſubinde effectum,
ſi legis prohibitio publicum fauorem
reſpiciat, vel priuatum, Item ſi priuatum
vtrum in contrahentium perſonam, an
verò in rem, hoc eſt contractum ipſum
verba dirigantur, & ſi in perſonas con-
trahentium, adhuc referre, vtrũ credito-
ris, an debitoris perſona, atque item fa-
uor conſideretur, quare ne generalis, at-
que dubia noſtra remaneat abſolutio, a-
liquas harum prohibitionum ſpecies or-
dinatim proſequi neceſſum fuit, quarũ
multas ex Bar. mutuati ſumus in repet. l.
ſi quis pro eo ff. de fideiuſs. cuius dicta
per 12. latiſſimas concluſiones exami-
nauit Couarruuias in repet. cap. quam-
uis par. 2. multas eiuſdem Bar. opiniones
improbando, nõnullas etiam in dubium
reuocando, id qꝫ ante illum Imol. quoq;
fecerat in ca. cum contingat, vbi ad de-
cem membra, ſiue principales diſtinctio-
nes Bar. concluſiones diſcuſſit, ſed nos
infraſcriptis, & quidem communioribus
exemplis contenti fuimus, ne ſtudioſum
lectorem moremur, aliena interdũ tran-
ſcribentes, dum ſatis ſit ad eoſdem Co-
uarruuias, & Imol. (ſi maiora lector de-
ſideret, illum remiſiſſe.

10 Stat igitur principalis diſtinctio, le-
gem, ſiue diſpoſitionem prohibitiuam
interdum publico aliquando etiam pri-
11 uatorium fauore introductũ fuiſſe † item
quæ publicam reſpicit, vtilitatem, aut
principaliter reſpicit, aut ſecundario,
principaliter tunc intelligimus non ſo-
lum ſi expreſſim publicus fauor adijcia
tur, ſed etiam ſi expreſſa ratio ſuper illo
fundetur, vt ex infraſcriptis exẽplis de-
monſtrabitur, ſecundario autem quando
intuitu principaliter priuatæ vtilitatis
lex emanauerit, licet in conſequentiam
publicum bonum reſpiciat, exemplum
in dote, quæ multa obtinet priuilegia ad
mulieris fauorem principaliter introdu-
cta, Intereſt tamen Reipublicæ dotatas
eſſe ad replendam liberis hominibus ci-
uitatem, quemadmodum, & illud inte-
reſt, rectè omnes ſua ſubſtantia vti, vbi-
cunque igitur principaliter in publicum
fauorem actus à lege prohibetur, iura-
mento minimè confirmari ante omnia
concludimus, his illud deducẽtes, quod
in ore eſt omnium non poſſe ius publi-
cum priuatorium pacto remitti, aut de-
12 rogari † age enim primo clericum quẽ-
piam laicum ſibi Iudicem iurato etiam
pacto conſtituiſſe, vtique cum prohibi-
tum ſit in fauorem, & priuilegium totius
ordinis

ordinis clericalis,ne clerici ſecularia ſubeant iudicia priuata pactione huic publico iuri derogari non poteſt, ideo nec iuſiurandum ſeruari, quod contra canonica ſtatuta illicitis pactionibus informatur cap. ſi diligenti de foro. competen. Quod in tantum verum eſt, vt nec Epiſcopo conſentiente, clericus hoc facere poſſit gloſ.notab.in cap. ſignificaſti eo tit. Alexand.conſ.8. lib.& col.1.Soccin.reg.56.incipien.clericus, & poſt hos Rolandus à Valle in conſ. 4. num. 11. ſubdens nec cōſuetudine,nec aliter hoc induci poſſe † Item ſi agant partes ad
13 prorogandam iudicij ciuilis inſtantiā, cum publicæ vtilitatis gratia ſtatutum ſi,triennio tantū durare, non poſſe prorogationem valere, neq; iuramento firmari glo. eſt in l.2. §. ſed & ſi Iudex, ff. de iudi. quam Bar. ſequitur in l. ſi quis pro eo, & Iaſ. in l.properandum in prin. num.21.Abb.in c.pen.15.eod.tit.vbi cæteri ſcrib. præter Felyn. qui contrarium tenuit. cui reſponde, vt ex Couaruuias quo ſupra citauimus num.4.rurſus,cum ea quæ iuncta ſunt, & affixa ædibus, le-
14 gari,aut vendi,idcirco prohibita ſint, ne publicus deformetur aſpectus l.Senatus cum concord. ff. de contrahen. emptio. legarum,aut venditionem illam iuramētum non firmat,Bar.in d.l. ſi quis pro eo & in l.cætera ff de lega.1.His addit Couarruuias non poſſe agri domiuū agrum vendere,Colonos verò retinere,qui fuerant illius culturæ adſcripti, quia hoc publici fauoris gratia inducitur, ne detrimentum agricultura patiatur l.2.& l. quemadmodum C.de agricolt. & cenſi.
15 lib.11. † Addamus quoque nos,& illud quod Afflict.ſcribr in conſtit.regni conſtitutionem diuæ memoriæ num. 41. & duob.ſeq.quoniam propter fauorem publicum rei feudalis alienatio prohibetur cum ipſa vtriq; ſint feuda de publico non poſſe alienationes illas iuramēto firmari, Ideoque hac ipſa ratione fieri, vt iuramento non obſtante poſſit is, qui ſine aſſenſu alienauit iure proprio reuocare, quod lex illa ſpetiatim iubet,& generalius omnia argumenta,quæ in principio huius capitis deduximus indifferenter ad hanc partem adaptantur,quoties lex vt iam diximus ob publicum fauorem principaliter aliquid prohibuerit, tunc enim, nec etiā Iudicis auctoritate accedente iuri publico derogari poteſt, Bar. & cæteri in d.l.2.C.de agricol. & cenſi. quod an æquè obtineat prohibeatur ne aliquid a lege ciuili, ac ſi à lege canonica, tangit Marc. Anton. Bauer. in tract. de virtu. iuramenti nu. 30. vbi de ſollēnitatibus iuris ciuilis loquitur,an earum omiſsio iuramento ſuppleatur, concluditque minimè ſuppleri, aut validari, ſi in prohibitione ſollēnitas fuerit publi-
16 cum fauorem reſpiciens † Sed Io. Hannibal. poſt alios in l. nemo poteſt num. 294.ff.de lega.1. contrarium tenuit ibique ſubtiliſsimè, quod iura canonica non conſiderant ius publicum, prout de iure ciuili, ideoque putat iſtud ius publicum, tamquam conſideratum à lege ciuili poſſe per iuramentum tolli, quod nos verum non putamus,hac ſola ratione, quod omnes leges ciuiles à canone approbatæ cenſentur, in eo, in quo non ſunt correctæ vulg.tex.in c.2. & quæ ibi no.ex.de oper.no. nunt. quod tunc maximè procedit quando de aliqua materia ſpirituali non tractatur, vt dicunt cano. in c. fin. de ſolutio. cū igitur in hoc nulla ſpetialis canonum prouiſio reperiatur,remanſiſſe,intelligimus,quod ſublarum non eſt.

Secunda huius capitis concluſio, ſi de priuato fauore tractetur, poteſt ferè
17 vniuerſum traddi † Quodcunq; pactum principaliter priuatam lædens vtilitatē, ſi aduerſus legem fiat iuramento firmari, etiam ſi lex prohibitoria clauſulam habeat decreti, quod aiunt irritantis §. in nullo,& §.fin.de reſcrip.lib.6. Felyn. in cap.cum dilecta num.7.eod.tit. Dec. in cap.cum acceſſiſſent num. 3. de conſtitutio.& Aret. in l.nemo poteſt col. 4.
18 de leg. 3. † Neque aliter obſtabit, quod ſæpius ex priuatorum vtilitate publicam naſci, quod noſtri ſecundario publicum

blicum vocant, ideoque inſeparabilem
quodam modo eſſe à publica priuatam
vtilitatem, vt Crotus tenuit in l. 1. num.
178. ff. ſolu. matrim. quoniã cum in ali-
cuius fauorem prodijt conſtitutio, illum
conſideramus, quem præcipuè, ac prin-
cipaliter lex inſpexit, non eum, qui in
conſequentiam, & ſecundo loco conſi-
19 deratur. † Vnde cum lex fundi dotalis
alienationem prohibet, l. lex. Iulia. ff. de
fundo: dota authen. ſiue à me C. ad Vel-
leian. idemque præcipuè in mulieris fa-
uorem, deinde etiam Reipublicæ, cuius
intereſt eſſe dotatas, Alienatio iſta iura-
mento conualidatur cap. cum contin-
gat, & licet mulieres eod. tit. lib. 6. quod
eò quoq; nonnulli extendunt, ſiue ſol-
uendo, ſiue non, remanſerit Vir. Imol. in
d. cap. cum contingat in 1. not. & Alcia.
conſ. 127. quod an æquè procedat, ſi an-
tea mulier iuraſſet non alienare dotem
nec alienationi conſentire, niſi ſollem-
niter, & Iudice authoritate, communis
eſt opin. quod non per glo. ſingul. vbi
omnes in d. ca. licèt mulieres; ſuper qua
concluſione vidẽdus eſt omninò Coraſ.
in l. admonendi num. 31. ff. de iureiura.
qui prius contra communem inſurgit,
tandem illam ſubtiliſſimis argumentis
defendit, & hanc cautelam Bal. dedit in
ſua practica, quæ ſub illius nomine cir-
cũfertur propè fin. ſub tit. de cautelis, &
remed. q. 4. qui dixit poſſe duplex reme-
dium adhiberi, vt vxori non obſit iura-
mentum, nec cõſenſus alienationis, pri-
mum, quod iam diximus, vt mulier ipſa
ante dotis traditionem, vel in ipſo con-
tractu dotis iuret nullo vnquam futuro
tempore conſentire alicui alienationi,
vel obligationi fundi dotalis, nec rerum
pro dote obligatarum; nam ſi poſtmo-
dum contrahat, erit ſecundum iuramen-
tum priori contrarium, ac proinde illi-
citum, c. intellectu. de iureiuran. & no.
ſpecul. de emp. & vend. §. tertio loco. ver.
30 & nota. † Aliud remedium, vt is: Qui
dotem numerat, illam ſibi reddi ſtipule-
tur, tunc enim non filiæ, ſed dotanti a-
ctio quæritur C. de rei vxo. act. l. vni §.

accedit, & iuramentum mulieris dotan-
ti non præiudicat, quod vltimum tunc
obtinere intelligimus, ſi mulier ſine libe
ris decedat, ſi enim liberos relinquat,
obſtat eis renunciatio, nec locus eſt re-
21 ſtitutioni dotis †, ſed, & hac eadem ra-
tione pactum de non ſuccedendo iura-
mento firmatur, quod in priuatorum gratiã
principaliter à lege reprobatur, quia
modico contenti præſenti, facilè futuræ
quamuis opulentiori hæreditati renun-
tiant, l. cum hi in princ. ff. de tranſ. meri-
tò igitur iuramento validari, neq; ab-
ſolutioni locum eſſe, niſi alia ſubſit ab-
ſoluendi cauſa c. quamuis de pactis in
6. vbi propria eſt tractatio renuntiatio-
num futuræ ſucceſſionis.

Tertia concluſio, quæ pro limitatio-
ne præcedentis deſeruiet, ſi lex vetans
verba prohibitionis in contrahentium
perſonas direxerit, vt ſi dicat, quod mu-
lier nullis bonis mariti renũtiare poſſit,
vel aliquem alium contractum facere,
vel ſi dixerit: nemo cum minore con-
trahat, nemo cum fæmina, iuramentum
hoc caſu nihil operari: cenſuit Bar. *in l.*
ſi quis pro eo num. 9. & iterum in conſ.
160. ſequitur Calder. conſ. 9. tit. de iu-
reiuran. vbi multa ad materiam. Gemin.
conſ. 51. col. pen. qui dixit, quod plus eſt
prohibere, ne perſona actum faciat, quã
iubere ſuper re ad perſonam ſpectante,
hoc idem tenet Anchar. in d. cap. cum
contingat, vbi Imol. & cæteri cõmunem
hanc opinionem exiſtimant, cum tamen
non defuerint, qui contra ſenſerint de-
ducentes (id quod nos verius putamus)
nihil referre, quod lex vetans quid fie-
ri, dirigat prohibitionis verba in rem,
aut in perſonam, cum cauſa prohibendi
potius, quam verba in hac re attenda-
mus, & quod actus prohibitus ſeruari
poſſit abſque interitu ſalutis, pariter in
vtroque caſu concurrit, vt Imolæ viſum
fuit in d. cap. cum contingat, & tenet
Aret. dicens hanc eſſe communem opi-
nionem canoniſtarum in conſ. 54. col. 1.
aſſeritque Bar. opinionem in hoc ab om
nibus reprahendi Alexad. conſ. 38. viſa
petitione

petitione col.& lib. 3. id quod latius Couarruuias in repet.cap.quamuis S.2.fol. 87. ex eius dictis in ſexta concluſione, licet ipſe diuerſa capita fecerit, ſi velis hanc priorem concluſionem tenere, poteris illam declarare, quod tametſi lex in contrahentium perſonas verba direxerit, adhuc ſit aduertendum cuius fauore, vel odio id fecerit, quoniam ſi debitoris, dum taxat fauor inſpiciatur, ex ſuperiori concluſione dicendum eſt, indiſtinctè poſſe fauori ſuo renuntiare; ſi verò in creditoris odium, vt in eo, qui vſuras ſtipulatur, aut etiam alterius tertij, in cuius vtilitatem actus tendat, hoc caſu nihil penitus ex iuramento contractui accedere nulla adhibita diſtinctione ſi creditoris, vel debitoris perſona no minetur, ſed obligari perſonaliter tantum debitores pro obſeruantia iuramenti, quod nos inferius in proprio capite vſurarij contractus latius expendemus, Item ſi lex præter prohibitionis verba aliud addat annullando ſcilicet iuramentum præſtandum, vel ſi dicat, quod ex his contractibus præſumatur iuramentum dolo extortum, aut contra bonos mores vti ſuperius in pluribus locis diximus, hoc caſu Aret. in d. conſ. 54. & alij concordant ſine dubio in foro iuditiali non ligari contrahentes de quo dicto multa in primo capite ſecundi libri dicemus.

22 Quarta concluſio, quoties lex expreſsè non reſiſtit actui, nec etiam adſiſtit, quod plerumque contingere ſolet veluti quando alteri ſtipulamur l. ſtipulatio iſta S. alteri ff. de verb. oblig. & etiam in pacto nudo ſecundum iura ciuilia l. Iuriſgentium S. ſed cum nulla ff. de pact. & l. legem, cum ibi not. C. eod. tit. his caſibus firmat, Bart. quem cæteri ſequuntur in d. l. ſi quis pro eo, quod iuramentum validet ſtipulationem, & pactum, proindeque obligari iurantem, vt peti relaxatio non poſſit; ſiquidem, nec ex parte iurantis, vel illius cui fit, vllam habet turpitudinem, vt colligitur ex glo. 1. q. 7. cap. quoties, & quod nor. Raynal. in ſumma de iuramento, & periurio, Butrius in ſexto caſu Imol. in 8. membro d. cap. cum contingat, ex quorum dictis latiſſimè probatur, longè differre, ſi lex, vel ſtatutum reſiſtat, an verò non adſiſtat, cum in priori caſu, nulla prorſus obligatio oriatur, in ſecundo autem ſic, vt de naturali obligatione omnes vnanimiter ſentiunt per text. in l. ſed & ſi ſerui. cum ibi nota. ff. de fideiuſſo. ideoque, & fideiuſſorem accedere, & iuramento conualidari, quoniam ſubeſt aliquod fundamentum in quo fideiuſſio, & iuſiurandum tamquam actus acceſſorij fundentur, vt in d. S. alteri, & per Imol. in loco paulò ante adducto, ex quo latius habes poſt Bar. in d. l. cum lex de fideiuſſo. quando lex dicatur actui reſiſtere, vel non aſſiſtere, aut itidem, an perpetuò verum ſit quod diximus ex pacto nudo, aut ex illa obligatione, qua alteri ſtipulamur de iure canonico actionem oriri; vtrum verò præter nullitatem, quæ reſultat ex his actibus, qui contra legis prohibitionem aguntur, puniantur contrahentes, & in quibus caſibus latè ſcribunt Aret. & alij in l. nemo martyres C. de Sacroſ. Eccleſ.

23 Poſtremo an ea, quæ hactenus dicta ſunt de contractu contra legis prohibitionem, obtineant etiam ſi quid in fraudem legis, non tamen directo contra illius verba ſtatuenda eſt concluſio, quod cum ſatis fiat contra legem, quoties ſententia illius circumuenitur, æquè aduerſus legem peccat, qui in legis fraudem agit, quod manifeſtè probatur ex verbis in d. l. non dubium in princ. dum dicitur, quod non eſt dubium in legem committere, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem exemplum habes Senatuſcõſulti Macedoniani, per quod ſtatuitur ne filio familias pecunia mutuetur, fuitque ſenſus, & mens legis pecuniam numeratam in primis prohibere, atque omnem poſtea contrahendi facultatem filijs famil. præcludere, ſi quis ergò frumentum crediderit,

vel aliam rem quamlibet, ad hoc vt eis diſtractis pecunia frueretur, non minus erit Senatuſconſul. locum cum in illius intentionem peccaſſe ſatis conſtat, eum qui alias res ita credidit, vt verba legis circumueniret, vt ſcribit latè Fortunius Garzias in l. Iuriſgentium §. prætor ait num.22. & ſeq.ff.de pac. & in l.1. & ibi alia glo. in verſ.fraudi. ff.de his qui no. infa. in cap. cæteri extra de reſcrip. ſed adhuc, ne in hoc articulo te moueat Placentini, & Ioannis conflictus relatus ab Accurſio in d. l.non dubium, videas omninò Dynum in regula certum eſt de reg. iuris lib. 6. qui melius, quam alius hanc materiam tractat, quatuor capita conſtituens, quomodo poſſit in fraudem legis fieri, hoc eſt de re ad rem de perſona ad perſonam, de contractu ad contractum, & de contractu ad eundem contractum, ſed non eodem modo, primum caput de re ad rem, exemplum in ſe continet paulò ante à nobis additum quando filio familias non pecunia; ſed frumentum, vinum, oleum, vel alias res huiuſmodi mutuantur, quod æquè prohibitum eſſe diximus l. ſed Iulianus §. mutui ff. ad Senatumconſul. Macedo. ſecundum caput de perſona ad perſonam generaliter ſibi locum vendicat vbicunque perſona prohibita alterius miniſterio id facit, quod in ipſo prohibebatur, veluti ſi maritus, qui vxori donare non poteſt, alteri donet, vt ſic illius miniſterio vxori quæratur, quod ſi dum donare nō poteſt venditionis contractum celebrauerit, aliud habes exemplum, quia fraus fit legi de contractu ad contractum. vltimum verò quando de contractu ad eundem contractum: ſed non eodem modo; Exemplum addit Dyn. ſi mulier, quæ propter Velleianum intercedere pro alio non poteſt principaliter ſe obliget, ſed hæc vltima ſpecies non video in quo à proximo exemplo diſtet, quid autem è contra, ſi ſeruetur ſententia, & ſubſtantia legis, an liceat offendere verba, Dynus quo ſupra ponit quæſtionem, & examinat cum aliquibus diſtinctionibus, vide illum, quoniam vti ſæpius diximus, non fuit in propoſito aliena tranſplantare.

De contractu doloſo, & an iuramento firmetur. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Dolum habet omnia, quæ ſunt de genere prohibitorum ſi ſcienter fiant.*
2 *Dolus duplex videlicet.*
3 *Dolus induſtrialis, ſeu negotialis, & deceptiuus.*
4 *Aliter etiam dicimus dolū præſumptum, & manifeſtum.*
5 *Dolus incidens, non annullat ipſo iure contractum.*
6 *Quomodo hic dolus incidēs purgetur*
7 *Firmatur hic contractus iuramēto, & neceſſaria eſt abſolutio & quare*
8 *Licet ſe decipere contrahentes, & quomodo.*
9 *Dolus præſumptus ex Bar.*
10 *Dolus malus, ſeu deceptiuus latè ex Iureconſultis explicatur.*
11 *Rude exemplum Accurſij, & Baldi hac in re arguitur.*
12 *Pulchrum exemplum ex Cicerone de eo, quod Syracuſis contingit.*
13 *Dolū malū Cicero ex Aquilio definit*
14 *Cur malus dolus dicatur.*
15 *Dolus dans cauſam contractui ipſo iure annullat, & ibi de opin. vltramontanorum.*
16 *Ratio huius concluſionis, quæ ſit.*
16 *Omnis dolus contra ius diuinum.*
18 *Tutius tamen eſt, etiam in his abſolutionem petere quamuis de iure non ſit neceſſaria.*
19 *Declaratur concluſio, quod dolus ex propoſito ipſo iure annullat, author contraria eſt ſententiæ.*
20 *Alia tamen limitatio tradditur in contractu matrimonij.*
21 *Alia limitatio ad idem in ingreſſu religionis.*
22 *Alia limitatio ad idem in contractu ſtricti iuris.*

23 *Alia*

22 *Alia ſi dolus ſcienti inferatur.*
24 *Alia ſi dolum paſſus non conqueratur.*

TERTIVM eſt plenariæ relaxationis exemplum contractus dolo initus, quod nos conuenienti loco poſt legis prohibitionē collocauimus, quoniam
1 ſæpius eſt exploratum † in eſſe regulariter dolum omnibus, qui contra legem aguntur contractibus, aut quiduis de genere prohibitorū contineant, ſi ſcienter fiant, atque itidem, tollere ipſo iure actum, qui alias ſuſtineri poterat, & alia propè innumera; Idcirco erunt in hoc capite nonnulla particularius adnotanda, ac primum non immemores eorum, quæ ſuperius in prima ſpetie ſimplicis habilitationis tractauimus, duplicē do-
2 lum ſtatuimus †. Alterum, qui re ipſa in contractu cōtingit, alterum qui ex propoſito adhibetur; magiſtralis eſt Vlpiani diuiſio in l. ſi quis cum aliter ff. de verb. oblig. qui per dolum (inquit) obligatus eſt. competit ei exceptio, Idem dicendum eſt ſi dolus nullus interceſſerit ſtipulantis, ſed ipſa res in ſe dolum ha-
3 bet † Priorem dolum induſtrialem alij, pleriqne negotialem vocant, ſecundum verò deceptiuum noſtri dicunt, Priſca autem iureconſultorum ętas dolum malum appellauit, cum eo tempore veteres bonum quoque dolum habuiſſent, de quo in l. 1. ff. de dolo, id quod aliter Bar. explicat in l. quod nerua ff. depoſiti nu.
4 13. † dolum ſcilicet præſumptum, & manifeſtum, & rurſus Cladius Aquenſis, alias ſeyſſellus in tract. feud. tit. 2. & ante eū Petrus Iacobus in ſuis libellis in rubr. de actio. de dolo, eſſe (inquiunt) dolū qui incidit in contractu, & qui cauſam dat contractui, quem ex propoſito diximus, & hoc ex duabus gloſis, vt reperimus, quarum altera in l. ſi dolo C. eo tit. de dolo dante cauſam cōtractui, alia in l. dolus de incidenti meminerūt †. Prior
5 illa doli ſpecies, quem incidentem, aut præſumptum dicimus, contractum ipſo iure non annullat; proindeq; non ad totalis relaxationis, ſed ad ſimplicis habilitationis materiam pertinet vnanimiter namq; Doctores in hoc conueniunt, valere, ſemper huiuſmodi contractum, ſiue is bonæ fidei fuerit, ſeu ſtricti iuris, atq;
6 item ſi bonæ fidei fuerit † purgari dolū, & emendari per actionem ex eodē contractu deſcendentem, ex qua agitur contra doloſum ad refectionem damni propter dolū paſſi, iuxta terminos l. Iulianus §. ſi venditor ff. de actio. empti. & l. ea quę ff. de contrahen. emptio. in fi. & glo. notab. in l. 2. ſi ea quę in ver. ſi dolo C. de fideiuſſo. minorum, ſi verò ſtricti iuris, actione, & exceptione doli reſcindi d. l. ſi quis cum aliter ff. de verb. oblig. l. dolo
7 C. de inutil. ſtipulatio†. ideoq; iuramēto interim firmatur, & neceſſariā eſſe abſolutionem duplici ratione contendimus; Prima quoniam in hoc dolo incidenti vtrumque contrahentem præſupponimus initio contractus in bona fide fuiſſe, neutrumque decipiendi animum habuiſſe, ſed rem ipſam ex poſt facto, enormiſſima fortè læſione ſequuta, vel damno, dolum aliquem præſumere, quod pulchrè Coraſ. notat in l. ſi quis cum aliter, & nos diximus in ſecundo capite, in
8 quo de læſione tractauimus †, ſecunda ratio quoniam licèt interdum hac doli ſpecie contrahentes inuicem ſe decipere l. in cauſæ §. Idem Pompon. ff. de minor. l. 2. §. fin. ff. loca. Iaſ. in l. ſi quis in conſcribendo C. de pactis, idque in tantum procedit, quod ſi venditor ſagax fuerit, poteſt tunc emptor ſalua conſcientia retinere rem minus iuſto pretio emptam, atque Idem in venditore (iudicantur enim ad paria, ſicuti alias diximus) ſi enim emptor prudens alioquin fuerit, ac plus iuſto pretio emerit poſſe, eum illud plus retinere, quemadmodum vtrumque teſtantur Butr. & Panormit. in cap. quia

plerique de Immun. Eccleſ. Andr. Barb. conſ. 21. col. 2. & ſeq. lib. 4. & latius cóſ. 57. eo. lib. Boer. deciſ. 142. num. 4. quod tamen ciuiliter intelligas, & citra enormen, ac grauem læſionem, vt ex d. l. 2. C. de reſcind. vend. & quod bono viro conueniat, vt conſuluit Bertr. conſ. 34. num. 6. lib. 3. ac etiam ſi deceptio in pretio tantum, & ſine dolo ex propoſito cóſiſtat, non etiam ſi in menſura, aut quantitate rei, alijſuè qualitatibus, vt ſcribit gloſ. in cap. per tuas in verſ. inuenerunt de donatio. & alia glo. magiſtra in l. item ſi pretio §. fin. ff. loca. & Ioan. de Anan. conſ. 98. col. fin. & ideo regulariter cõperimus contingere hunc dolum in cõtractibus, quoties contrahentium diſparitas cõcurrit, id quod alijs verbis Corneus explicat conſ. 283. litera H. lib. 4. quoties collata eſt diſproportio inter contrahentes, atque ita non deceptione, aut fallacia, ſed re ipſa, hoc eſt inter cõtrahendum ſolertia, & induſtria contrahentis læſio alia cauſetur, præſtat enim ingenio, alius alium, ac tum maximè ſi maior cum minore, vel muliere, aut ſagax quiſpiam cum ruſtico, & imperito homine negotietur, tametſi alias ꝑ quã ſit vulgare non eſſe maliriam ſuper malitiam ruſticorum, & mulierum genus
9 omnium auariſſimũ †, Adde quod Bar. ſcribit eſſe rurſus dolum præſumptum, ſi id quod fieri debebat ſine iuſta cauſa fuerit omiſſum l. dolus, & l. ſi procurator §. dolo ff. manda. Bar. Ang. & Caſtren. in l. vbi in princ. ff de eden. Bar. in d. l. quod nerua quæſt. 4. & Bald. in l. quę fortuitus col. 2. C. de pignor. actio. Præcipuum verò huius exemplum in prima abſolutione dedimus, de contractu minoris enormiter læſi, vel ſi abſq; decreto, aut alia ſollemnitate alienauit, quoniam ſi iuramentum acceſſerit, firmari quidem, nec poſſe propria auctoritate tranſgredi, aut interim relaxari abundè docuimus.

Ergo ad aliã doli ſpeciem tranſeun-
10 tes † malum, ſiue deceptiuum dolum ex noſtris Iureconſultis declaremus is eſt quando ſtudioſè quiſpiam conatur alium decipere, Dolus malus inquit Vlpian. in l. Iuriſgentium §. dolo ff. de pact. fit calliditate, & fallacia, vt Pædius ait, dolo malo pactum fit, quoties circũſcribendi alterius cauſa aliud agitur, aliud agi ſimulatur, & in l. 1. ff. de dolo. Dolum malum ſeruius definit machinationem quandam alterius decipiendi cauſa, cum aliud agitur, aliud ſimulatur, labeo autem dolum, malum eſſe omnem calliditatem, fallaciã, machinationem,
11 ad fallendum aliquem adhibitam †, Rude quidem exemplum, vt fermè in cæteris omnibus ſcribit Accurſius in l. dolũ C. de dolo, de eo qui miſcuit vinũ albũ cum nigro, vt contrahentem, qui aquam credebat ebriũ redderet, atque ita facilè circumduceret, Aliudq; non abſimile Bal. in l. ſi quis ff. eod. tit. de fideiuſſor. de eo qui acceſſit benè veſtitus ad Curiam, vt ita in fideiubẽdo maior ei fides adhiberetur, & creditorem circumueniniret, prætermiſſis alijs clarioribus, ac penè innumeris illius doli exemplis, quę per oẽs ferè ll. eo. tit. ff. & C. tradduntur, quibus & à nobis quoque conſultò interim prętermiſſis, Ciceronem ſolum audiamus, quid in hac tractatione de hortulis Pythij Syracuſani explicauerit; dignum quidem vt non tãtum ibi, ſed vbi-
12 que legatur † C. Canius (inquit) Eques Romanus homo, nec infacetus, & ſatis literatus, cũ ſe Syracuſas otiandi, nõ nego tiãdi cauſa (vt ipſe dicere ſolebat) contuliſſet, dictitabat ſe hortulos aliquos velle emere, quo inuitare amicos, & vbi ſe oblectare ſine interpellatoribus poſſet, ꝗ cum percrebuiſſet; Pythius ei quidam qui argentariam faceret, dixit venales ſe hortos non habere, ſed licere vti Canio ſi vellet, vt ſuis, & ſimul ad cœnam inuitauit in poſterum diem, cum ille promiſiſſet, Tum Pythius, vt argentarius, quį eſſet apud omnes ordines gratioſus, piſcatores ad ſe conuocauit, & ab eis petiuit, vt ante ſuos hortulos poſtera die piſcarentur, dixitque quid eos facere vellet ad cœnam tempore venit Canius

opipare paratum erat cõuiuium, cymbarum ante oculos multitudo pro ſe quiſq; quod cæperat afferebat, ante pedes Pythij, piſces adijciebãtur, tum Canius; quæſo (inquit) quod eſt ò Pythi, tantum ne piſcium, tantum ne cymbarum; & ille quid mirum (inquit) hoc loco eſt, Syracuſis quicquid eſt piſcium, hic aquatio, hac villa iſti carere non poſſunt; incenſus cupiditate Canius cõtendit à Pythio, vt venderet, grauatè illi primũ quid multa, impetrat, emit homo cupidus, & locuples tanti quãti Pythius voluit, & emit inſtructos, nomina facit, negocium conficit, inuitat Canius poſtero die familiares ſuos, venit ipſe maturè, ſcalmum nullum videt, querit ex proximo vicino num feriæ piſcatorũ eſſent, quod eos nullos videret, nullæ quod ſciam (inquit) ille, ſed hic piſcari nulli ſolent, itaque mirabar heri quid accidiſſet, ſtomachari, tum Canius, ſed quid faceret, non dum enim Aquilius collega, & familiaris meus protulerat de dolo malo formulas, in quibus ipſis cũ
13 ex eo quererem † quid eſſet dolus malus reſpondebat, cum eſſet aliud actum, aliud ſimulatum, hucuſque Cicero; ex quo planè id quoq; colligimus quid ſit quod ſepiſsimè dicimus hũc dolum dare cauſam contractui, quia ſcilicet falſis perſuaſionibus inducimus illum ad contrahendum, qui nõ erat aliàs contractu-
14 rus. † Atq; ita quemadmodum alium dolum ideò incidentem diximus, quia inter initia contractus non interfuiſſet, cõtrarium in hoc dolo ſtatui oportet, atq; ideo malum dici, & ex propoſito quoniã inter initia contractus, & antea quoque adhiberi ſoleat, vt ſcribit Ang. inſtit. de exceptio. §. ſequitur num. 7. hoc ergo fuit in cauſa potiſſimum, vt generalis, vt
15 vulgata illa regula ſtatueretur † dolum, qui cauſam dat contractui ipſo iure cõtractum nullum reddere, l. eleganter ff. de dolo, vbi glo. magiſtra, quam communiter noſtri ſequuutur, quamuis vltramõtani contra ſenſerint, & latè Corn. in auth. ſacramenta puberum col. fin. & Fortunius de fine vtriuſq; iuris, illatione 20. nu. 17. & illa in quacunq; diſpoſitione quantumuis generali dolum ſemper exceptũ intelligi, quippè ꝙ nec ſpetiatim hoc agi poteſt, ne dolus præſtetur l. contractus de reg. & iur. indiſtinctè .n. prætor ait dolo malo pactũ ſe nõ ſeruaturum, l. iuriſgentium §. dolo ff. de pact.
16 † Rationem aſſignant Corneus, & Fortunius, quia dolus aufert contrahentis conſenſum ab ea diſpoſitione ad quam dolo inducitur, ergo cũ contractus qui conſenſum non habet, anima, & ſpiritu carere dicatur, vt inquit Bal. in l. 2. C. de oper. libert. & Iaſ. in §. fuerat col. 2 t. inſtit. de actio. ſuccedit particularis noſtræ abſolutionis concluſio, quod iuramentum nuſquam obligabit, cum deſit obligandi conſenſus, vulg. l. fin. C. de nonnumera. penu. glo. & cæteri in l. emptione C. plus valere quod agitur. Atque inde concludendũ, quia nulla fundatur obligatio, & inſuper quia ſecun-
17 dum Bal. in ca. 2. col. 2. de arbitris † omnis dolus eſt contra ius diuinum, nullã requiri iuramenti abſolutionẽ, quod ſuper huiuſmodi contractibus interponitur, vt in ſpecie firmat Abb. in cap. cum contingat de iureiuran. quem inibi Alciat. ſequitur in 3. not. aſſerens hanc eſſe communem opinionem ſecundum glo. fin. in l. 1. quam adhoc ibi notat Bald. C. ſi aduer. venditio. Idem Bal. in cap. 1. §. item ſacramenta quarta quæſt. de pac. iur. firm. & copioſius Abb. in. conſ. 214. quatuor ſunt in cauſa in 4. dub. lib. 2. &
18 Iaſ. conſ. 177. col. fin. lib. 2. † Tutius tamen eſſe ad cautelam etiam in contractibus doloſis abſolutionem petere, ſcribit Ang. in l. ſiquis pro eo. ff. de fideiuſſo. quod nos itidem aſſeueramus ob animæ periculum vti latius in c. illiciti iuramẽti ſupra dictum eſt.

Sed quæ hactenus diximus, dolum, aut fallaciam ex propoſito contractum
19 ipſo iure nullum reddere, atque ideo, nec iuramento firmari, putant aliqui, ita intelligi, ſi dolus à principio adfuerit, non etiam ſi poſtea ſuperuenerit, hoc enim

enim caſu non retractari, quæ antea legitimè geſta fuerant, tenuir Cognol. in repet.l.ex facto nu.9.ff.de vulga. & pupilla. arg. tex.in l. quid ergo in princ. ff. de his qui notan.infam. ibi prætor enim ad initium nuptiarum ſe retulit, ſed quo pacto iſthæc limitatio conſiderari poſſit nos non videmus,ſiquidē ex his,quæ ſuperius explicauimus, non poteſt dolus malus, ſiue ex propoſito conſiderari,niſi à principio, vel ante accedat, quod ſi inter contrahendum, vel poſt appareat, non ex propoſito, ſed incidens iudicatur,quæ ſpecies contractum nullum non facit, & iuramento confirmatur, itaque quod legitimè a principio partes proceſſerint, poſtea verò dolus ſuperueniat ſimul iſta duo ſtare non poſſunt,quo circa reiecta hac priori limitatione,ad alias fallentias tranſeamus, in quibus dolus iuramento firmetur.

Prima igitur limitatio eſt, in contractu matrimonij, qui tametſi dolo initus
20 fuerit, & fallacia adhuc tenet †, neque actione,aut exceptione doli reſcinditur, ideo nec relaxatio concedetur, glo. eſt notabilis, quam ſingularem Panormi exclamat in cap. pen.vbi Imol. de eo, ꝙ me cauſa,& iterum ſingularem dicit, in cap. ex parte de reſtit.in inte. vbi inquit Innoc. quod ſi mulier dolo perſuaſit ſe habere amplas facultates oſtentans fortaſſe pecunias ab alijs mutuatas, vt ita iuuenem circumueniret, & ei nuberet, poſtea nihil reperirur, dolus ille matrimonio nihil obeſt, quin firmum intelligatur, aliud exemplum Bald.addit. in l. archimedoram C. vt in poſſeſs. legat. in parte habente vnicam filiam, quam ditiſſimo iuueni iūgere queritabat,multa pollicendo, & inter cætera, quod hæres ei futurus eſſet inſtituta filia cum tamen poſtea teſtamēto condito alios inſtituiſſet hæredes,nihil filiæ relinquens, non ex hoc matrimonium viriari, Quod & Iaſ.ſequitur in l.pacta nouiſſima, & in l.pactum,quod dotali C.de pac. & Bertran.conſ.29. nu.6.lib.1. & facit glo. in l.à diuo pio ff.de ritu nuptiarum, idque fauore matrimonij obtinuiſſe,Caſſeanus ait in conſuet.Burg.rubr.4.in princ. nu. 33. ſub tit. de droix. quod tamen ſublimitat Panormi. in cap. cum dilectus de eo quodmet cauſa, niſi tantus dolus interueniſſet,qui omninò cōſenſum remoueret, & illum faceret abeſſe alleg.Ioan. Andr.in nouell. in cap. 1. de depoſit. & facit ratio, quæ in quinta limitatione dicetur.

Secundo limita,extendendo,quæ diximus de matrimonio carnali ad ſpiri-
21 tuale, quoniam ſi quis dolo inducatur ad ingrediendum religionem, tenet ingreſſus, cum fuerit inductus ad bonum ex his, quæ notantur in cap. cum dilectus de eo quod me.cau. & Abb.in cap. cum dilecti 3.col. de empt. & vendi. facit tex.in cap.conſtituit 20. q.3. vbi ponitur caſus ſingularis, quod ſi religioſi auiditate patrimonij alicuius inducunt illum ad religionem, tenet ingreſſus,ſed priuantur bonis illius Abb. in cap. noſtra col.3. in glo.in ver. niſi dolo de ſepultur. & iterum in cap. cum in præſentia col.3.de probat.

Tertia limitatio, quod attenta diſpoſitione iuris ciuilis,communis eſt diſtin-
22 ctio, ita demum contractum cui dolus cauſam dedit ipſo iure nullū eſſe, ſi bonæ fidei fuerit, cæterum ſi ſtricti iuris non niſi per exceptionem,aut alio prætoris beneficio reſcindi, glo. eſt, & ibi Imol. & cæteri in ca. cum dilecti de emptio.& venditio.Bar. in præcit.l.eleganter ff.de dolo,& in l.ſub prætextu la prima C.de tranſactio.Iaſ.in §.fuerat num. 28. inſtit. de actio. & vbique ita noſtri concludunt vnanimitet,& ideo dicit gl. in l.cum poſtea quàm,vbi Bar.Iaſ.& cæteri, quod dolus dans cauſam pacto liberatorio ſuper actione iudicati,nō annullat ipſo iure contractum, quia fit ſuper iudicato, & ſic ſtricti iuris, liberatio autem naturam ſequitur eius rei,ſuper qua interponitur, ſed Vltramontani contra ſentiunt,inter quos Ioan.Igneus latè articulum proſequitur in l. contractus ff. de reg. iur. & aliquas ſpecies traddit, in quibus

quibus dolus ipſo Iure contractum nullum reddit, regulas in contrariũ faciendo. Aliter quoque Coraſius cenſuit in l.ſi quis cum aliter ff.de verb.oblig. vbi dixit hanc differentiam de cõtractu ſtricti iuris, & bonæ fidei communem eſſe, ſed ſibi periculoſam videri, concluditq; etiam contractum bonæ fidei, cui dolus cauſam dedit, mærò iure renere, & leges quæ dicunt nullam eſſe conuentionem dolo initam interpretandas eſſe in eius effectu, ſi dolũ paſſus oppoſuerit, quod & Stephanus Forcatulus ſequitur in eo libro cui Necyomantia iuris inſcribitur cap. penul. dicens nullum reddi contractum, exitu non à principio, verum has altercationes, iura canonica non admittunt, quoniam iure illo quo ad rei effectum, & contractus obſeruantiam, nihil refert, ſit ne ſtricti iuris, aut bonæ fidei contractus, omnes enim bonæ fidei cenſentur, nec iutis ciuilis ſubtilitiates attenduntur, quod namq; ad rei naturam pertinet, nihil differunt, cum pariformiter dolus ab vtroq; contractum conſenſum auferat, vt Petrus à Bella Pertica ſentijt, non rectè à Couarruuias repræhenſus nullaq; diſcriminis ſubeſt ratio, quominus, & ſtricti iuris contractus vitientur, ideoq; concludendum nulla adhuc reſciſſione præmiſſa poſſe dolum paſſum ex contractu ſtricti iuris non ſecus, ac bonæ fidei experiri, vide Couarr. in tract. de contract. in ſumma totius operis, quæſt. 57. diſtinct. quarta Iaſ. in d. l.cum poſtea quam num. 3. licèt demum ſub dubio reſideat, & aliqua per Couar. in c. quamuis par. 2. §. 6. nu. 6. in fin.

Quarto, ex illa vulgari doctorũ concluſione ſcienti, & volenti dolum non inferri aliam huic regulæ limitationem
23 damus, non poſſe contrahentem de dolo quæri, aut agere, ſi dolum ſciuerit, vt in l.vendita C. de reſcind. vend. & in l. cum donationis C.de tranſactio. & l.nemo videretur fraudare ff.de reg. iur. iur. ex qua limitatione infertur, quod quam uis alias in enormiſſima læſione dolus præſumatur, ſi tamen venditor ſcienter minori pretio, vendidiſſet, ceſſat remedium l. 2. C. de reſcind. vend. de qua nos in 2. capite multa diximus, ita concludit Alexand. in conſ. 133. col. fi. lib. 4. & in tantum vera eſt hæc limitatio, quod etſi ignoratum fuerit dolum committi, dum committebatur, in tradditione autem rei vẽditæ, vel in recipiendo pretio ſciatur adhuc non poſſe venditorem de dolo agere arg. l. 2. ff. de eo quod me. cau. & l. ſi ob turpem ff. de condi. obtur. cauſam, & rurſus in l. in diẽ ff. de aqua plu. arcen. Felyn. in cap. præſentia col. 5. de probat. Alex. conſ. 125. viſis, & conſideratis col. 5. lib. 1.

24 Quinto ſi placuerit ei, qui dolũ paſſus fuit, adhuc ſtare contractui, poterit de dolo non agere, tametſi nullus ipſo iure contractus cenſeatur: nam cum in alicuius gratiam, venditoris puta, vel alterius actus nullus ſtatuitur, ita demum intelligi oportet, ſi ei placeat l. 2. ff. de lege commiſſo. l. filio ff. de iniuſt. teſtam. neq; .n. hoc caſu qui dolum adhibuit poterit nullitatis beneficio iuuari, vt cõ tractum reſcindat, tex. elegans in l. cum profitearis C. de reuoc. donatio. & in l. ſi creditoribus C. de ſeruo pignori dato manumiſſo, quorum iurium, alterum de donatione alterum verò de libertate in fraudem donata ſtatuunt; nunquam .n. dolus doloſo patrocinatur, nec ei cauſam præſtat teſcindendi contractum, vt Bald. inquit in l. tranſactione num. 2. de tranſactio. iniqum prætor putauit, in lucro morari eum, qui ſentit lucrum ex fraude l. ait prætor §. penul. ff. quæ in frau. credi. ſed hæc aliã reſpiciunt ſublimitationem non procedere ſi actui, in quo dolus interuenit lex reſiſtat, tunc enim dolum paſſus non poſſet facere, vt actus valeat, nec iuri ſuo renunciare glo. not, in l. à diuo pio. ff. de ritu nuptia. facit glo. in cap. diſpendia in ver. proceſſus, & in cap. ſtatutum in princ. in verſ. committratur de reſcrip. lib. 6. Iaſ. poſt alios in l. ſi quis in conſcribendo, & in l. pacta qui contra C. de pactis.

In hiſigitur caſibus alijſque qui pro

limita-

limitationibus deſeruiunt, iuramenti relaxatio non cadit, quoniam confirmati fuerunt iuramento; quod verò ad doli actionem generalius pertinet quando, & quibus competat, & quomodo, & contra quos ſit concedenda, vt relaxatio peti poſſit, multa hic addi poſſent, quæ tamen miſſa fecimus, hac generali cognitione contēti, vt hoc in vniuerſum ſciamus, quia ſubſidiaria eſt hæc actio, nuſquam niſi alijs omnibus deficientibus proponi, ideoque ſi extra contractum fuerit dolus adhibitus, maximè referre Doctores concludunt, tunc enim ſi in aliquod proprium maleficij nomen dolus cadat, erit ex illo crimine agēdum ſin an autem ſpetiale nomen delicti non adſit de dolo actionem competere, vt pulchrè explicat multa alia ad materiam deducens. Azo. in ſumma huius tit. vbi cæt. ſcrib.

De contractu ſimulato, & eius iuramento relaxando. Cap. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Stimulatio dolo proxima.*
2 *Vbi non eſt fraus, non eſt ſimulatio.*
3 *Simulatio quid, & quid ſimulatus contractus.*
4 *Simulatus contractus tripliciter ſumitur.*
5 *Exempla prioris ſpeciei tradduntur.*
6 *Abſolutio quid in hac operetur.*
7 *Exempla ſecundæ ſimulationis.*
8 *Pactum de retrouendendo, & modicitas pretij faciunt contractum ſimulatum.*
9 *Et an hac duo ſufficiant.*
10 *an verò, & ſolitus fœnerandi concurrere debeat.*
11 *Quæ fuerit cauſa huius ambiguitatis.*
12 *Verior opinio apud authorem, quod tria concurrere debeant.*
13 *Didaci Couarruuias cōciliatio probatur.*
14 *Authoris ſuper hoc articulo opinio, cum diſtinctione.*
15 *Reſpuitur opinio illorum, qui aſſerebant, nec tria illa ſufficere.*
16 *Abſolutio, & relaxatio quomodo his caſibus concedenda.*
17 *Tertia ſpecies ſimulationis examinatur.*
17 *Iuramentum in contractu ſimulato non indiget reſciſſione ex Bal.*
19 *Quid ſi adeſſet clauſula omnia, & ſingula eſſe vera.*
20 *Quomodo poſſit quis propriam turpitudinem allegare.*
21 *Alia limitatio, ſi renunciatum fuerit ſimulationis exceptioni.*

1 FINITIMA eſt dolo ſimulatio, quoniā, & ipſa ſine fraude procul dubio cōmitti nō poteſt, quod ex eo maximè declaratur, quia iure conſulti noluerunt dolum abſque ſimulatione definire dicentes, vt iam ex Cicerone quoque audiuimus, dolum eſſe, cum aliud agitur, aliud agi ſimulatur, & alibi Doctores noſtri ſæpiſſimè, quod tot modis dicitur ſimulatus contractus, quot modis ipſa fraus committitur, & præcipuè Bar. in l. 3. in fin. C. de poſtu-
2 lan. † quod vbi non eſt fraus, ibi propriè non eſt ſimulatio, & Bal. in l. ei qui C. de
3 diſtraction. pignor. † quod ſimulatio eſt imago, quæ habet ſuperficiem veri, id quod latius deduxit Socc. conſ. 67. lib. 1. ſimulatum cōtractum verā eſſentiam ſeu ſubſtantiam contractus non habere ſed figuratum dici, & depictum, quia extrinſecus apparet, intrinſecus verò nihil habet, mentitam namq́ue præſefert ſpeciem, & verum corpus à depicto differt, aut animatum à cadauere, ita verus diſtat à ſimulato contractu.

Scimus verò fuiſſe hac de re à Iuſtiniano

niano proprium titulum conſcriptum C. plus valere quod agitur, quam quod ſimulatè concipitur, ex cuius tituli ſola inſcriptione (ſunt enim interdum in libris codicis ita ſcriptæ rubricæ: vt materiam ipſam decidant) atque ex his, quæ generalius iam expoſuimus, poſſet amicus lector per quam facilè coniectare, quid ſit in eiuſmodi contractibus, quod poſſit in vniuerſum iuramento firmari, verumtamē, quia plures ſunt ſimulationis, ſpecies, diuerſaque itidem in eis ſeruandi, vel non ſeruandi iuramenti, ratio erit huius capitis tractatio altius repetēda, vt ſimul ſigillatim appareat, quid in vnaquaq; ſimulationis ſpecie iuramenti virtus operetur? his enim cognitis facillimè abſolutionis iudex ſtatuet quomodo, & quando ſit iuramentum relaxandum, quod ſuper ſimulato contractu interpoſitum fuit.

4 † Simulatum contractum Doctores noſtri altero ex tribus modis intelligunt; primo cum in veritate agitur, quod vnus contractus celebretur, alius tamen celebrari ſimulatur. Secundo ſi contractus verè celebratur, modico tamen duraturus; Tertio cum apparenter contrahitur, ex mente verò partium agitur, vt in veritate nihil fiat, Bald. & Saly c. in l. 1. C. plus valere quod agitur, quorum verba ad magiſtralem hanc diſtinctionem deduxerunt, Ang. Aret. inſtitu. de exceptio. numer. 28. Iaſ. pleniſſimè conſil. 170. quia prædicti col. 5. lib. 2. Afflict. in tit. de feud. da. inui. leg. commiſſ. cap. primo numer. 13. & ante illos Rota in nouiſ. deciſ. 1. alias 481. ſub tit. de donat. ſecundum nouam impreſſionem, & Bellamer. deciſ. 715. tit. de donat. Prior ergo ſimulatio, qua alius contractus agitur, alius verò celebrari ſimulatur, hoc in vniuerſum habet, quod ſi de iure ex cauſa, quæ verè agebatur iuſta fuiſſet obligatio, non impediri per ſimulationem acquiſitio, ex illa cauſa, quæ in veritate

5 agebatur † text. optimus in l. empti fides C. de contrahen. emptio. vbi exemplum habes, de eo qui donare intendens, vendere ſe ſimulauit habita fide de pretio, quia hoc caſu reiecta pretij petitione perfectam eſſe donationem Imperator ſtatuit. Aliud quoque exemplum in l. ſi ex pretio C. ſi cer. pet. de contractu mutui celebrato, cum ex cauſa vſurarum deberetur, ſi enim licitæ fuiſſent vſuræ, vel alias quodmolibet, vera, ac iuſta primæua obligatio, nouatione poteſt debitum in aliam obligationem transferri; non enim deficit obligationis ſubſtantia, vt ibi not. Bar. inferens, ex hoc ad ſtatutum per quod ſtatuitur, quod poſſit opponi exceptio ſimulationis contra inſtrumentum guarentigiæ, ſicuti in multis locis Italiæ, concluditque non videri ſimulationem, ſi promiſſio fiat ex cauſa alioquin iuſta, & vera; obligantur ergò his caſibus æquè vt in alijs licitis contractibus contrahentes, nec quicquam habent, quod ex cauſa ſimulationis ſeruari non debeat iuramentum; nihil ergò in his de relaxatione tractandum, ſed benè ſi petatur habilitatio, quia ſimulatus in genere arguatur contractus, concedenda eſt ad finem agendi † verum ſi hæc prima ſimulatio, & nihil aliud in proceſſu ordinario probetur, 6

remanet iurans in periurio; nec aliter eſt abſoluendus, quod ſi id, quod in veritate inter partes agebatur, minimè licuiſſet nullam nanciſci ob ſimulationem contrahentes acquiſitionem, dirutoque principali contractu, quod ipſo iure diluitur, irritum quoque fieri iuramentum ſatis eſt exploratum †; Exemplum ſi cum vxori donare vellem ſcriptum ſit à notario me vendidiſſe pretij fide habita nulla eſt huius contractus venditio, quia ſimulata, nulla item donatio, ſi quidem inter virum, & vxorem prohibita, ergò nihil in eius ſubſtantia remanet, ex quo contractus, aut iuramentum fundari poſſit, L. 2. & 3. ff. de donatio.

G inter

inter virum, & vxorem capitul. donario. vbi gloſ. magiſtralis extra eod. tit. quod procedit retenta opinione, quod donatio iſta iuramento non firmetur, cum tamen pleriſque contraria opinio communior viſa fuerit, vt voluit Bart. in l. ſi quis pro eo. & ibi Cumæ. & Paul. ff. de fideiuſſo. Alexand. in l. Seius & Augerius ff. ad l. falc. & conſ. 8. col. & lib. 2. Dec. conſ. 202. alijque innumeri, quos cumulat Rolandus à Valle conſ. 77. num. 2. ſimiliter cum debitor pecuniam ſub vſuris accepturus eſſet, venditione celebrata in vſurarum fraudem prouidere voluit fenerator, ne fructus in ſortem compenſarentur, ſi fortè pignoris contractus apparuiſſet, nulla eſt venditio, quia ſimulata, nulla rurſus vſurarum pactio, quia illicita capit. ad noſtram de emptio. & vendit. cum ſimil. Ergò cum vera cauſa contractus fuiſſet iniuſta, nihil iuramentum ſupplet, & in hac ſpetie ſimulationis totus ferè pertinet Veronenſis tractatus de ſimulatione, ex quo habes latiſſimè, quæ ſint præſumptiones, ex quibus huiuſmodi contractus pignoratitij, & in vſurarum fraudem depræhendantur, & antè illum pulchrè Bald. ſcribit in l. pacta nouiſſima num. 6. & ſequen. C. de pac.

7 Secunda ſimulationis ſpeties, cum contractus verè perficitur, modico tamen duraturus, amplam ſecum fert materiam pacti redemptiui, quod vulgò dicimus retrouendendi, quod pactum, quoniam vtroquè iure licitum dijudicatur, vt per Albericum Roſa. in l. 2. vbi cæteri C. de pactis, & amplè Andr. Tiraquel. lib. 2. de vtroque retractu in princ. vbi ex innumeris argumentis firmat hoc etiam procedere in animæ iuditio, nihil eſt quo dubitemus firmari hanc ſimulationis ſpeciem iuramento, neque alias corruere, niſi cætera in ea ſimulatione concurrant, quæ contractum ipſum penitus ſimulatum, aut itidem in vſurarum fraudem præſumi

8 faciant †, quæ ſunt regulariter, vt cum pacto, & tempore retrouendendi interueniant ſimul pretij modicitas, & fœnerandi ſolitus in contrahente, gloſ. Panorm. & cæt. in cap. conqueſtus de vſuris Caſtren. in l. rogaſti S. ſi tibi ff. ſi cer. pet. & amplè Fabian. in tract. de empt. & vend. ſemptima quæſtione principali quæſt. 6. quam opinionem communem eſſe Canoniſtis, & Ciuiliſtis teſtatur Cepol. de ſimul. contra. in 6. caſu principali col. fin. verum ſi ſolitus ille fœnerandi deficiat, & ſola pretij modicitas interfuerit, & pactum retrouendendi, an hæc duo ſufficiant ad iudicandum contractum ſimulatum, aut fœneratitium, adeo enixè à noſtris controuertitur, vt difficillimum fuerit, quæ communior ſit opinio dignoſcere, & eò magis quoniam ſi praxis attendatur à qua, vt inquir Bald. in cap. 1. de feud. ſine culpa non amic. vera interpretatio ſumitur, variè in hac quæſtione obſeruatum vidimus, quemadmodum ex infra citandis deciſionibus bonus lector aduertet; ſiquidem neceſſarium fuit omnes cumulare, vt appareat quid in hac quæſtione de iuramenti relaxatione ſit ſtatuendum, ideo ad conflictum veniamus.

9 † Ac primum ꝙ pretij modicitas, & pactum de retrouendendo ſufficiant, vt contractus ſimulatus, & in vſurarum fraudem præſumatur, tenuit gloſ. huius opinionis anteſignan. in cap. conqueſtus in ver. de feudo propè fin. extra de vſuris, ibi ſi alias ſi modicum eſſet pretium præſumitur contractus in fraudem vſurarum, & præcipuè ſi emptor vſuras exercere conſueuit, hanc gloſ. ſequuntur Inno. Anan. Io. And. Anto. de Butr. Abb. & Barb. in d. cap. ad noſtram, & ibi Butrius vtitur ſimili verbo quo vſa fuit gloſa dicens, quod iſta duo diſiuncta nequaquam ſufficiunt, ſed benè ſimul iuncta, maximè ſi emptor fœnerari conſueuiſſet, ſequitur Alberic. in l. emptione C. plus vale, quod agitur, qui ſpeciatim

ſpeciatim ſentit probari hanc opinio-
nem ex text. d. cap. ad noſtram, in quo
ſatis ſe contorquent omnes, Idem ſen-
tiunt Hoſtien. & Goffred. in ſumma de
pignor. ſpecul. in tit. de vſuris, verſic.
ſin autem. Archidiac. 14. quæſt. 4. cap.
plerique, Imol. in cap. ad noſtram, & in
cap. illo voſ. Ioan. de Caſtellio. quem
pro hac parte citat Veron. Alexand. in
addit. ad Bart. in l. Iulianus §. idem Pa-
pianus ff. de actio. empti. Caſſan. con-
ſuet. Burgun. rubr. 5. §. 1. num. 22. Af-
flict. in rubr. de feud. dato. in vicem leg.
commiſ. num. 105. quæ opinio non tan-
tum in ſcholis, ſed à multis quoque con-
ſulentibus probata fuit, vt per Alexand.
conſ. 46. circa præſentis conſilij lib.
3. alioſque innumeros relatos à Paulo
Pariſio, qui illos ſequitur conſ. 46. nu.
62. & conſ. ſeq. num. 26. lib. 1. Quini-
mò, & à iudicantibus ſæpius amplexa,
ſicuti de prætorio Rotæ teſtatur Caſſa-
do. qui eiuſdem fuit ſententiæ in de-
ciſ. 1. tit. de vſuris, & in noſtro Neapo-
litano conſ. Afflict. deciſ. 40. 95. & 339.
& Grama. deciſ. 29. & refert Veron. in
ver. quinto verò caſu colum. 3. quod ita
conſuluit Signorol. & quod illi conſi-
lio ſubſcripſerunt Benedictus de Plum-
bi. fulgoſ. & alij quo viſo ita per Se-
natum Mediolanenſem fuiſſe iudica-
tum.

Sed contrariam opinionem non ſuf-
10 ficere illa duo, niſi ſolitus fenerandi
concurrat plerique tenuerunt, quorum
par quidem cum numerus eſt, tum au-
thoritas, horum priores ſunt Iacobus
de Are. Cyn. & Salyc. in d. leg. emptio-
ne conſtanter aſſeuerantes contrariam
opinionem, nec in d. cap. ad noſtram,
nec in cap. illo vos quoquomodo pro-
bari, quinimò ſubdunt, neque hoc ve-
rum eſſe, quod hæc tria ſufficiant, &
text. illos in aliena ſpecie loqui, hoc
quoque tenet Bald. ibi, & in d. cap. 1.
de feudo da. inuicem leg. commiſſo.
Ioan. Andr. ſibi contrarius in d. cap.
illo voſ. Anchar. & Card. in d. cap. ad
noſtram, idem Card. in cap. illo vos,
& in clem. 1. §. 1. quæſt. 18. de vſuris.
Cagnol. in l. 2. num. 13. C. de pac. inter
empto. Caſtren. conſ. 336. in cau. mo-
ta lib. 1. Alexand. qui comu. dicit conſ.
107. viſo proceſſu, & conſ. 118. in pro-
poſita quæſtione lib. 4. col. fin. & conſ.
28. in cauſa, & conſ. 107. viſo proceſſu
col. fin. lib. 5. quo in loco multa addit
pro intellectu cap. ad noſtram Corneus
conſ. 4. & 264. lib. 1. Soccin. conſ. 248.
numquid ex duobus, & conſ. 155. præ-
ſtantiſſimè lib. 2. Decius conſ. 167. &
conſ. 308. & 648. Ruin, conſ. 16. nu. 11.
& 66. nu. 9. lib. 4. Rolan. conſ. 96. nu. 19.
lib. 2. Cepol. in dicto tractatu ſimulatio.
ver. quinto caſu. Lauren. Rodulf. ſuper
cap. conſuluit de vſuris quæſt. 60. Ti-
raquel. lib. 2. retract. in præfatio. num.
5. Coraſ. lib. 3. miſcel. cap. 9. & nouiſ-
ſimè Franciſcus, Marcus deciſio. del-
phinal. part. 1. quæſt. 484. qui latiſſimè
articulum examinat, & hanc poſterio-
rem opinionem ſequitur.

Huic verò certamini anſam præbue-
11 runt ambigua verba d. cap. ad noſtram
de emp. & vend. in quo nullum quidem
verbum expreſſum de ſolito fenerandi,
implicitè tamen vſurarium in illo caſu
fuiſſe contrahentem præſupponitur, quod
non colligitur ex verbis à Cepolla pon-
deratis reſtituere, & debitor, ſunt enim
nimis generalia, ſed ab alijs, qui nos
magis huic opinioni accomodari exiſti-
mamus, hæc ſunt ibi in fraudem cano-
nis promulgati contra vſurarios, & in-
ferius per pœnam in Lateranen. conci-
lio contra vſurarios promulgatam re-
ſtituere, compellas, dum ergò cogen-
dum eſſe his pœnis emptorem ſtatui-
tur, qui cum pacto reuendendi, & mi-
nimo pretio emerat, iam præſupponi-
tur vſurarium fuiſſe, hinc factum eſt,
vt text. illum, ac etiam alium in cap.
illo vos de pignor. qui ſimiliter ſub-
oſcurus viſus fuit, vnuſquiſque pro ſua
opinione deducat, cum tamen negari
non poſſit quin text. dict. capit. illo
voſ. magis priori, quam huic ſecun-
dæ opinioni arrideat, dum in fine

diçitur præſertim ſi vſuras exercere cõ-
ſueuit,licet aliqui dixerint procedere il-
lud,ex alijs coniecturis, quæ in illo tex.
recenſentur, verum ſepoſito illorum iu-
rium intellectu, nulli dubium vrgentio-
ribus rationibus, & argumentis hãc po-
12 ſteriorem partem fulçiri †. Quandoqui-
dem præter argumenta à Veronenſe in
hanc partem cumulata, hoc procul du-
bio conſtat, pactum retrouendendi de
per ſe ſolum nullum ſimulationis indi-
tium reddere, quia vti ſuperius diximus
vtroque iure licitum, nullum item par-
uitas pretij, quoniam, ſi ea modica fue-
rit,iam probauimus licitum eſſe contra-
hentes inuicem ſe decipere, ſin autem
maxima ſubſtinetur ipſo iure cõtractus,
proditumque eſt proprium remedium l,
2.C.de reſcin.vend,de quo nos ſupra c,
2.multa diximus, ac rurſus ſuppleri in
hoc contractu ex facultate redimendi,
quæ pars pretij cẽſetur l. fundi partem,
vbi Alberi, Bal,& Saly.ff.de contra em-
pt.Socc.cõſ.15.viſis pręsẽtis col.fi.li.1.
vbi dicit, q res, quæ valet centum, ſi-
ne hoc pacto ſeptuaginta tantum valet,
ſi pactum redimendi adijciatur,cum er-
go iſta duo ſola, & ſepoſita licita ſint,
ſimul cuncta operari non debent, quod
ſingula de ſe non poterant, vt in illo
Broccardo, ſingula quæ non poſſunt,
nec ſimul iuncta iuuant. At ſi feneran-
di ſolitum addas,quis dubitet, ex hoc ſo
lo induci vſuræ præſumptionem, nihil
ergò mirum ſi duobus alijs additis tan-
to fortior præſumptio reddatur, quoniã
tametſi illa,ex ſe alioquin licita fuiſſent
afficiuntur ſtatim ex qualitate perſonæ
non ſecus, ac quãdo infectus ſtomachus
pretioſiores quoque cibos, & pharma-
ca inficit, & corrumpit iuxta illud Ho-
ratij, ſincerum niſi vas, quodcumque
13 infundis aceſcit †: ideoq; non eſt in hac
varietate reſpuenda conciliatio Didaci
Couarruuias,qui in lib. varia. reſol.3.c,
8.in fine tutius exiſtimat relinquendum
eſſe hanc diſceptationem boni Iudicis
arbitrio, qui ex qualitate perſonarum
poterit quandoque priorem opinionem
amplecti,ac interdum pro ſecunda iudi-
care: verũtamen adhuc opinamur expe-
ctare lectorem noſtrum in hac re iudi-
cium, cum nec omninò tutum ſit, quod
præcitatus Doctor ſtatuit,iudicantis ar-
bitrio quæſtionem adeò controuerſam
dimittere, vt ergò quid ſentiamus acci-
14 pias †, dicimus non rectè à Doctoribus
commiſceri in hac controuerſia ſimula-
tionis, & vſurariæ prauitatis præſũptio-
nem; ſi enim de hac prauitate quæris
vtrum in vſurarum fraudem, aut fene-
ratitius contractus præſumatur,quis ne-
ſcit tractari hoc caſu de præſumẽdo de-
licto,quam præſumptionem lex non ha-
bet l.merito ff. pro ſotio, ſin verò quæ-
ratur,vtrum ſimulatio aliqua inducatur
ex illis duobus abſque ſolito feneran-
di, conſentiendum eſt vtique præſumi
contrahentes non cogitaſſe duraturum
contractum, verum ea eſt ſimulationis
ſpecies, quæ nulla ipſo iure nõ eſt,ideo-
que, & iuramento firmari, & generali
conſuetudine contractus illos admitti,
præſumitur enim contractus qualis ſub
15 facie demonſtratur, & hoc eſt q † Cyn,
& Salyc, voluerunt, nec etiam illa tria
ſufficere, quod nos nequaquam proba-
mus, ſi enim qualitas fenerandi accedat
peruerti omnia in contrariam contrahẽ-
tis præſumptionem, quia ſemel malus
16 ſemper in eodem genere malus † igi-
tur, vt ad noſtram veniamus abſolutio-
nem ſi de relaxando his caſibus iura-
mento tractetur, ſi tria illa concurrant,
concedenda eſt relaxatio, vt eo ipſo pe-
nitus reſcindatur contractus, ſin autem
tertium deficiat, cautus ſi abſolutionis,
Iudex, vt nequaquam abſoluat in totũ,
vel ſi tutiorem viam ſequi malit; poterit
ad finem agendi tantum habilitare iu-
rantem, vt pleniori probatione inſtru-
cta detegatur,ex alijs qualitatibus vſu-
rarius contractus, quas ad plenum Ve-
ron, in eodem ſuo tractatu cumulauit.

Vltimum verò caput ſimulationis in
17 quo apparenter contrahitur ex mente
tamen partium agitur,vt nihil fiat,ſatis;
& ſuper ſeipſum declarat, & de hoc lo-

quitur tex. in l.nuda ff.de reg. iur. & in l. imaginatio C. de diſtract. pigno. & in l.ſimulatæ ff.de ritu nupt.cum enim manifeſtius, quam in cæteris in hoc capite liqueat de conſenſus defectu, nihil eſt in quo de querenda iuramenti validitate diutius immoremur,eatenus namque iuramento cōtrahentes obligātur, quatenus ſe extendit conſenſus, & nō vltrà, vt ſcribit Aymo, conſ. 242. num. 3. per gloſ. ſingul. quam ibi Ang. & cæteri ſequuntur in ſæpius allegata l. emptionem Abb. & Card.in d.cap. ad noſtram Alex.& Iaſ. in l.nemo poteſt 4. col. ff.de lega.3. fortius voluit Bal. in l. rogaſti §. 18 ſi tibi col.fin. ff. ſi cer. pet. † quod iuramentum apparatum in contractu ſimulato, non indiget reſciſſione. & in l. per diuerſas C. mandati, quod ſimulatū eſt, ipſo iure nullum, proindeque nihil operari iuramentum, quod Bal. dictum in hac vltima ſimulationis ſpecie locum ſibi vendicat præcipuè, quia hæc perpetuam habet ſimulationis cauſā, ꝙ idem Bal. explicat in l.ſi non ſinguli C. ſi cer. pet. vnde, ſecu. Bal. teneas qui abſolutionem ſuperuacaneam cenſuit, ſeu tutiorem opinionem, quod ſaltim ad cautelam petatur abſolutio, erit hoc ſatis conſtitutum nullam in ſpeciebus, quæ conſenſu carent ſupereſſe iuramēti ſubſtantiam,ideoque propriam eſſe,quæ ad relaxationis ſiue plenariæ abſolutionis materiam ſpectat.

19 Poſtremo,ne quid à nobis amittatur, quod ſit abſolutionis proprium, exiſtimant aliqui duobus caſibus, ijs quæ diximus locum non eſſe,perindeque carere iurātem abſolutionis beneficio, quorum primus, ſi præter iuramentum ſeruandi contractum, aliud quoque additum fuerit omnia, & ſingula in inſtrumento contenta vera eſſe, nec eis in aliquo contrauenire, ſicut quotidie notarij ſcribunt,non poſſe hoc caſu de ſimulatione dici, conſentiunt Butr. in c.cum contingat in 8. caſu, & ibi Imol. in 7. membro, Idem Imo. in cap. ad noſtram ad fin. de empt. & vend. & in l.ſi Seius, & Augerius, vbi Alexan. in vltima col. ff.ad l. Falc. Alexand. in l. nemo poteſt ff.de leg. 3. & conſ. 36. viſo themate, & conſ. 122. viſo inſtrumento li. 2. & conſ. 36. & conſ. 133.lib.3. Aret. conſ. 112. Iaſ.in d.l.nemo poteſt num.46.vbi cæteri repetentes rationem paſſim aſſignantes,quod iurans qui omnia vera eſſe iurauit, ſi ex capite ſimulationis abſolutionem petat,per ſuam met.aſſertionem periurum ſe detegeret,ideo ad propriam turpitudinem allegandum non admitti, tex.no.in l.cum profitearis C. de reuoc. donatio.& in l.ſi creditoribus C.de ſeruo pignori dato. manumiſſo. cap. inter dilectos cum concord. de fide inſtrum. Item,& aliam,quoniā per hoc iuramentum omnia, & ſingula vera eſſe, tollitur præſumptio ſimulationis Bal. in fin. C. de non num.pecu. Celſ. Vgo.in tractat. clauſul.in verbo iurans omnia,& ſingula vera eſſe,& Ioan.Mar. Riminal. conſ. 175. lib. 1. num.5. ſentijt tamen Imol. quem Iaſ. refert, ab hoc quoque iuramento poſſe iurantes habilitari,ac habilitatione obtenta, ſimulationem probare,quod tametſi Iaſ. & alij plerique non admittant, probabilius nobis videtur, hac potiſſimum ratione,quod principali contractu nullo exiſtente, ſatis eſſet inconueniens ex alio iuramento,quod adhuc, & ipſum ſimulatum præſumitur ligari iurantes ad obſeruantiam ſimulati contractus, id quod multis alijs adductis probat Crotus in d. l. nemo poteſt num.47.& multa Milis in ſuo repert. in ver.iuramentum.num.25. Nec rationes ſuperius allegatæ ſatis obſtant, nā quod dicitur nō poſſe propriam turpitudinem contrahentes allegare minimè procedit quando ſimulatio ſimpliciter allegatur, vt voluit Io. Andr.in addit.ſpecul.tit.de donat.§.1. verſ.item pone,Bar.in l. filios C.de reuoc.his,quæ in fraud. credito.& in l.iuſiurandum, quod ex conuentione §.procurator col. fin.ff.de iureiur.& in l. poſt contractum col.3.verſ.& ex hoc infertur ff.de dona. & conſ. 65.pet.nicolæ col.3.cum alijs deductis à Detio in cōſ. 14. incip.

14. incip. vtrum valeat aditio, & iterum conſ. 487. coram magnificis col. fi. ſi verò ſimulatio ſimul allegetur, & fraus, vt quia proponatur in fraudem fuiſſe ſimulationem adhibitam, & tunc diſtingue ſatis referre ſi ab eo allegetur, qui fraudem non adhibuit, quoniam hoc caſu nihil in contrarium obeſt, quin poſſit, ex his, quæ in proximo capite doloſi contractus adduximus, at ſi ab emptore, qui
20 fraudem ſimulationi dedit † quamuis agendo propriam turpitudinem allegare poſſit, vt in iuribus ſupra citatis, id tamẽ exercendo, poteſt, vt dicit Bal. in l. poſt mortem in fin. ff. de adoptio. & in l. 2. C. de condi. ob turpem cau. Imò, & replicando quoque ſiue alias quomodolibet ſuam intentionem adiuuando, & Tiraquello viſum fuit in ſuo retractu cõſangui. §. 1. gloſ. 18. num. 24. à quo notabiliſſimam habes limitationem ibidem num. 72. procedere hæc, quæ diximus, ſi aduerſus eiuſdem fraudis, aut turpitudinis participem turpitudo propria alletur, quemadmodum Dec. ſcribit in d. conſ. 587. & ante eos Federic. de Senis conſ. 240. ſalua reuer. dicens, ꝙ quando turpitudo verſatur ex vtraque parte poteſt quis excipere, & allegare ſuam turpitudinem, Alexan. in d. l. de tutela col. 2. C. de in inte. reſtit. Aret. conſ. 65. col. fin. & Socc. conſ. 264. viſis in inſtrumento col. 3. lib. 2. vbi ꝑ quatuor, aut quinqꝫ colum: latiſſimè examinat quando, & quomodo poſſit quis propriam turpitudinem allegare, ad quod vide Panorm. in cap. cum ſuper de conceſs. præb. ſecunda Item ratio qua diximus per hoc iuramentum tolli ſimulationis præſumptionem, ſatis teijcitur ex his, quæ ſtatim ſuper alia limitatione dicentur.

Aliam limitationem traddunt, ſi te-
21 nunciatum fuerit ſimulationis exceptioni, qua in re communis eſt Bart. diſtinctio. in d. l. nemo poteſt, vt ſi in vno, eodemq; inſtrumento, aut actu fiat renuntiatio, quoniam principalis contractus ſimulatus fuit, nihil eſſe, quominus, & ipſa quoque renuntiatio eodem ſimulationis morbo affecta cẽſeatur, quoniam ſatis conſtat annullato contractu clauſulas omnes in eo adiectas irritati glo. not. in l. patronus §. patronum in ver. fauianæ ff. ſi quid in fraud. patro. Bald. in l. ſi diuerſa C. de tranſact. & in l. 1. col. 1. C. de ſuffra. & conſ. 267. ſuper 1. puncto circa medium lib. 5. Roman. conſ. 271. & 246. Alexan. conſ. 22. viſo inſtrum. lib. 1. deciſ. 86. in no. cum alijs cumula. à Decio d. conſ. 487. col. 3. ver. vlt. non obſtat, & per Iaſ. conſ. 170. quia prædicti col. 9. lib. 2. & per Felyn. in cap. ſi cautio num. 80. extra de fi. inſtrum. ꝙ ſi renuntiatio iſta non in ipſo actu, ſed ex interuallo poſt celebratum contractum accedat, ſubſtineri renuntiationes communiori calculo conſentiunt, ſicuti latè proſequuntur Crotus, & Ioa. Hannib. in rep. d. l. nemo poteſt, cum tamen non deficiant, qui contra ſenſerint, quibus nos, ſi de habilitando iurante ſolum ad finem agendi tractetur, libentius ſubſcribimus, vt nulla prorſus præcludatur via, quominus contrahentium iura ſalua remaneant, ac alterius partis, quæ fraudem adhibuit, iniquitas detegatur, quemadmodum innumeris, ac vrgentiſſimis argumentis firmat Io. Bap. de Caſtell. à quo plura in huius capitis materia habebis in alleg. ſua, quæ eſt vltima, ex quatuor impreſſis poſt ſingularia Ludou. Roman. & Matheſiliani in volumine paruo.

De contractu vſurario, & quomodo illius iuramentum relaxetur. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Acceſsionum duo genera.*
2 *Vſura ſunt loco fructuum.*
3 *Vſura natura legi contraria, ideo omni iure prohibita.*
4 *Acrius crimen vſuræ, quam furtum antiquitus puniebatur.*
5 *Chriſtiana lege, quam acerrimè probi-*

probibitum.

6 *Sed id creditoris odio, nõ fauore debitoris.*

7 *Promittens vſuras cum iuramento, contrauenire non poteſt, abſque ababſolutione.*

8 *Soluere vſuras ex ſe peccatum non eſt.*

9 *Et promittens ligatur quo ad Deũ vinculo iuramenti.*

10 *Nec habet locum regula, quod vitiato principali, vitiatur acceſſorium, & quare.*

11 *Nec Baldi diſtinctio in hoc admittitur.*

12 *Poteſt in eodem facto vnus peccare alter non.*

13 *Ad redimendam litem beneficij, an poſſit aliquid dari.*

14 *Soluens ſcienter vſuras indebitè, an repetat.*

15 *Et quid de iure ciuili.*

16 *Sponte nõ facit, qui cogi poteſt etiam ſi non cogatur.*

17 *Quomodo intelligatur debitorem poſſe cogi.*

18 *Debitor antequam tempus inſtet, poteſt cogere creditorem ad remittendum iuramentum.*

19 *Si autem ſoluit triplex remedium habet.*

20 *Et ſi iurauit ſoluere, & ſolutum non repetere adhuc repetet.*

21 *Reijcitur in hoc Baldi opinio, & Alexandri.*

22 *Conceditur hoc caſu abſolutio, dum tamen vtriuſque iuramenti mentio fiat.*

23 *Quid ſi ex interuallo promiſit non repetere.*

24 *Et quid ſi poſtea debitor liberauit creditorem.*

25 *Practica obtinendi abſolutionem in contractu vſurario.*

ACCESSIO-
num omnium
1 duo ſunt genera,
alrerum earum,
quæ extrinſecus rei ac
cedũt, vt quod
p alluuionem
accreſcit, vt v-
ſufructus, qui cũ finitur proprierati ad-
iungitur; aliud verò illorum, quæ ex ipſa
re naſcũtur, in quo genete ſunt fructus,
ancillæ partus, & vſuræ, quod enim in
cæteris rebus fructus eſt, id in pecunia
2 vſura intelligitur †, quæ fructũ vicẽ ob-
tinet l. vſuræ ff. eo. tit. Sed ex his omni-
bus, vt aliæ naturalem habent quãdam
additamenti cauſam, atque abinde om-
ni iure licitam, ſic vſuræ, quæ ſupra ſor-
tem pro ipſius ſortis vſu accedunt, na-
turali, ac diuino iure prohibentur, vt .n.
pecunia aliam pecuniam pariat, nihil ab
eo diſtat, ac ſi res natura ſterilis, & infę-
3 cunda fructum faceret †; Ideoque iniu-
rioſum in primis, & naturæ lęgi, qua cõ-
ſtitutum eſt ex nihilo nihil gigni cõtra-
rium, Barbat. conſ. 66.2. col. & lib. vbi
allegat Ariſtot. dicentem cõtra naturam
eſſe, vt artificialia germinent, prout eſt
pecunia, quæ ex artificio procedit l. 1. ff.
de contrahend. emp. ideo non immeritò
vtriuſque teſtamenti tabulis deteſtatum
crimen, quod & gentilium inſtituta † acrius
4 quam ipſa furta puniebant: quatrupli
namque feneratores olim condemnari
Cato ſcribit lib. 1. de re ruſtica. cumque
charitati, quæ inter diuina pręcepta prę-
cipuum locũ obtinet ex diametro vſu-
5 ra aduerſetur †, Chriſti lege adeò prohi-
betur, vt ſi quis affirmare præſumpſerit
peccatum non eſſe vſuras exercere, hæ-
retici pœna damnatur clemen. 1. in fin.
de vſur. eſt namque exactio iniquiſſima,
de qua non ſecus, ac de rapina antiqui
canones iudicarũt 4. q. 4. ſiquis vſuram,
verum quocunque te vertas, omnis illa
prohibitio creditorum perſonam reſpi-
cit, inquit enim dominus, pecuniã tuam
nõ dabis fœneri, Item nõ fœnerabis fra-

tri tuo

tri tuo pecuniam, nec frugem,nec quālibet aliam rem,quod iterum eadem lex Moſaica repetit vſuram eſcarum nō accipies, neque omnium rerum, & alibi, ſi pecuniam dederis populo meo pauperi, non vrgebis eum, nec vſuris opprimes, & in Pſalmis Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuras, & in noua lege, mutuū date, nihil inde ſperantes, & in canone qui eſt Ambroſij 14.quæſt.4.ſiquis vſuram accipit,rapinam facit, vita non viuit ac demum ſi omnes alias canonicas sāctiones excurres,multæ quidē ſunt con-
6 tra vſurarios pœnæ,& præcepta † nullum tamen locum inuenies (quem nos reperiſſemus) in quo debitoris fauore vſuræ interdicantur,Ideo ſi iuramentum accedat,attentis concluſionibus à nobis ſupra in cap.de legis prohibitione expl cats diſcutienda ſunt aliqua ad huius iuramenti relaxationem pertinentia, neq; ita ſimpliciter admittenda opin. Andr. Barb. in repet. l. cum acutiſſimi C.de fideicommiſs. dicentis, quod ſiquis iurat ſoluere vſuras, illico inficiat cōtractum, nec alia diſpenſatione opus eſſe.

7 † Primum igitur hoc procul dubio ſtātuimus, ligari debitores iuſiurandi religione, vt vſuras ſoluant quas cum iuramento promiſerant,nec alias poſſe abſq; abſolutione iuramentum contēnere,tex. optimus in cap.debitores de iureiurand. gloſ. ibi,& iterum in clemen. vni.in ver. iuramēto de vſuris. quæ rationem adiecit, cum ſeruari poſſit hoc iuramentum ſine animæ periculo,nec in alterius præiuditium tendit, alia ratio traditur à
8 gloſ.d. cap. debitores † nempè quod ex ſe peccatum non ſit vſuras ſoluere,quod latius explicat Archidiac. 12. quæſt. 1. cap.mouet, ſed hæc in idem recedit,hoc eſt,quia ſine animę periculo ſeruari poſſit,idem tenet Feder. de ſen. conſ. 300. factum tale eſt,& Alexand.conſ.29. nu. 13.lib.7. qui & alio argumento hoc cōprobat, ſcilicet, quia creditoris tantum odio,vti iam nos diximus, vſuræ prohibentur, ideo quamuis per iuramentum nequaquā conualidetur contractus,non

tamen poſſe,vt is inquit, ſine abſolutione iuramentum contendi †,quia ligatus eſt debitor perſonali vinculo iuramenti, per quod nata eſt quo ad Deum obligatio,ideoq; ne fieri,vt ſecundum Imò.in d. cap.debitores num. 6. minimè hoc caſu
9 locum habeat regula † vitiato principali acceſſorium corruere, quia nō eadem ſed diuerſa eſt ratio vitiandi principale, acceſſorium cum in principali contractu vſurario de obligatione querenda parti tractetur,iuramentum verò, quod in eo interponitur, principaliter Deum reſpi-
10 cit †.Ideo nec Bald.diſtinctio in hac tractatione nullitatis acceſſorij, & principalis locum obtinet,dum inquit in l.pacta, quæ contra C. de pactis, quod quando principale pactum eſt contra legem, vel reſcinditur à lege,tunc vitiato principali acceſſorium quoque vitiari,quoniam, vt iam diximus iuramēti,quod animam coram Deo ligat diuerſam habet obligandi cauſam à principali promiſſione vſurarum, & quamuis in vſurario contractu alter ex contrahētibus peccatum committat, ille, ſcilicet qui vſuras recipit,conſiderandum eſt,quod alias in capite illiciti contractus diximus non hoc ſolum ſufficere, quod illicitus ſit actus, ſuper quo iuramentum interponitur, ſed illud eſſe diſtinguendum, ex cuius parte
11 illicitum concurrat † ſiquidem poteſt interdum contingere, vt in eodem facto vnus peccet,alter non, ſicuti in duorum commixtione, vnus tantum adulterium quandoque committit ca.prepoſito 32. quæſt.5. gloſ.in d.cap. debitores in ver.
12 iuramentum †,& in poſſeſſore beneficij, qui ad redimēdam vexationem aliquid aduerſario ſoluit quoniam,licet promiſſum ſit aliquando dare,accipiens tamen ſemper peccat Hoſtien. in cap. dilectus de ſymo.lo.primo Rebuff.in praxi benef. tit.de ſimonia in reſignatione num. 23. neque te in hoc moueat ſequens concluſio poſſe debitorem vſuras ſolutas repetere,atque ideo durum videri, ne illa exceptione vtatur,dolo facis petere, quod es reſtituturus,ſiquidem exceptio illa,vt

elegan-

elegãter declarat Butr.in d.c. debitores
nu.5.de iureiur.tunc procedit qñ,ab eo
debitor cogitur,qui reſtituere debet,ſed
in hac vſurarũ ſolutione nõ à creditore
cogitur, quia ad vſuras agere nõ poreſt
ſed à Deo pp iuramenti obſeruantiam.

Altera huius tractationis concluſio,
14 ſoluens ſcienter vſuras indebitas iure
canonico poteſt illas repetere, vt ſcri-
bunt Hoſtien. in ſumma de vſur. §. quæ
pœna col. 3. verſ. ſed quomodo poteſt
Bal.in l.conſtitutionibus in fin.& ibi Sa-
ly.C.de vſur.Idem Bald.in authe.ei qui
iurat col.fi.de bonis auctori.iud. poſſid.
Bertran. conſ. 244. viſo propè finem
lib. 3. quæ concluſio rectè fundatur ex
tex.d.c.debitores,in quo ſtatuitur com-
pellendos eſſe creditores per cenſuras
Eccleſiaſticas ad illas reſtituendum, cõ-
probatur etiam, ex his quæ notantur in
15 reg. peccatum de reg. iur. lib. 6.† ideo
autem diximus iure canonico repetitio-
nem dari, quoniam in hoc ciuiles leges
ſatis differunt, ſiquidem iure illo ſoluiſ-
ſe non videtur, qui ſic ſoluit, vt poſtmo-
dum repetat l.qui ſic, & l.qui hominem
ff. de ſolur. Item ſi ſcienter indebitum
ſoluatur nulla eſt repetitio, quia dona-
tio præſumitur l.cuius per errorem ff.de
reg.iur. At iure canonico, quoniã pror-
ſus illicita eſt vſurarum exactio, ſola iu-
ramenti religione debitor eſt obſtrictus,
ideo cum ſoluit, vtiq; compulſus ſoluit
16 repetit ergò Id quod per compulſionem
iuramenti dederat † ſponte namq́;feciſſe
non videtur,qui cogi poterat,quãuis ali
ter nõ cogarur tex optimus in l. nouiſſi-
mè §.1.ff. ꝗ falſo tuto.ibi quid.n.ſi com
pulſus,aut metu,ne compelleretur ſuam
authoritatem accomodauerit; Ideo Bal.
inibi paria exiſtimat aliquid fieri coactè
aut metu coactionis, alius tex. equè no-
tandus in l. ſi vnum ex familia ff.de leg.
2. vbi quid enim de ſuo reliquiſſe vide-
tur,quod latius expendunt Fely.& Dec.
in c.cum.m. Ferrarienſis de conſtitutio.
ille colum.11.verſ. an autem liceat, hic
col.12.verſ.2. Dec. conſ. 690. num.10.
17 † ſed dices: ſi poterat debitor ad ſolutio
nẽ vſurarũ cogi,quomodo indebitè, etſi
indebitè,ad quid cogitur? obiectionem
hãc gloſa ſentit in d.c. debitores in ver.
cogendi,quæ reſpõdet duobus tantũ ca-
ſibus debitorẽ cogi, primo,ſi abſolutio-
nẽ non petat, quia tunc cogitur adim-
plere,ꝙ præſtitit iuramẽtũ,ſecundo,ſi iã
tempus in ſolutione adiectum præteriįſ-
ſet,atq; ob id periurus remãſiſſet,Amit-
tere. n. periurum abſclutionis beneficiũ
18 latius nos ſuo capite declarabimus †,er-
gò ſi periurus non ſit, poteſt antequam
ſoluat ſi vulr contra creditorem agere,
vt eum liberet iuramenro c.1. de iureiu-
ra.& c.tuas de vſuris,quod item, & licet
19 ſi per abſolutionẽ iuramẽti petierit †,ſin
verò ſoluerit, & repetere intẽdat coram
Iudice ſæculari duplici actione experi-
tur. Nempè conditione ob turpẽ causã,
vt no. Bal. in l. improbandũ C.de infam
circa medium,& Inno.in c. cũ tu. in ver.
promulgatũ de vſuris. Adde, ẽr & tertiũ
remediũ, ex intentione Butrij in c. debi-
tores in fin.vt repetantur vſuræ, tãquam
res rapta,& ablata,& ſic ex delicto,quo-
niam iam dictum eſt vſuram ſñ canones
furtum eſſe,ſed hoc remediũ ſatis ſub il-
la repetitione includitur, conditionis ob
turpẽ causam, quæ generalis eſt,& ideo
omne datũ,ex quo maleficiũ ſequitur cõ
plectitur,nec in aliquo iuramentũ,ꝙ fece
rat de ſoluendo obſtat in repetẽdo, quo-
niã vti notanter Butr.firmat in c.debito-
res de iureiur.nu.3. & 6.iuramẽtum hoc
de ſoluendo impletur ſolutione momen-
tanea,& reuocabili arg.c.commiſſum de
ſpon. nec extendi iuramẽtum de ſoluen-
do ad ſolutum non repetendum.

20 Tertio ſi debitor nõ tantũ vſuras ſol-
uere,ſed & ſolutas nõ repetere iurauerit,
adhuc nõ obſtante 2.iuramẽto de nõ re-
petẽdo poterit ad reſtitutionẽ creditorẽ
cõpellere, glo.not. in c.ad noſtrã lo 2.in
gl.2.de iureiur. Hoſtien in d.sũma,& tit.
de vſuris §.quę pęna ver.quid ſi debitor,
Cardi.qui hanc gloſ. ſingularem dicit in
conſ. 120. Alexa.conſ.80.circa primum
col.fin. verſ. præterea dicit libr. 3. quam
opinionem communiter Doct. ſequun-

21 tur † quamuis Bal. in d. cap. 1. de iureiurand. num. 11. aliter ſentire videatur inquiens, quod ſi iuratum ſit non repetere, impediri debitorem iuramento, vt poſſit directè petere; poſſe tamen illum hoc per indirectum denuntiando Eccleſiæ, quod nobis numquam probari potuit, quoniam ſi directo non poſſet, vtique ſatis in periurium incideret, qui per indirectum peteret, quemadmodum in materia læſionis, & l. 2. de reſcindi. vend. ſuperius in 2. huius lib. capite propè finem oſtendimus, vt ex alijs multis, quæ in proximo præcedenti capite cumulauimus, dicentes omnia alia iuramenta, & clauſulas principalis contractus cui accedunt, naturam conſequi, quinimò, quod nulla ſit in abſoluendo difficultas, ſi illicitum ſolum ex parte illius adſit, qui iuramentum recepit, ſimiliter ſatis abundè ſupra in cap. illiciti contractus declarauimus, quicquid igitur Bald. ſentiat, & Alexan. quoque ſibi in hoc contrarius in l. ſi non ſortem §. 1.
22 ff. de cond. indeb. † indubitanter teneas abſoluendum eſſe iurantem, qui vſuras ſoluere, & ſolutas non repetere, cum iuramento promiſerat, dum tamen in impetranda abſolutione omnia hæc iuramenta exponantur ſecundum formam à nobis ſuo loco in ſecundo libro traditam, erit inſuper in qualibet hac relaxatione creditor vocandus, niſi per denuntiationem ageretur, vti firmat Rodul. de vſur. quæſt. 123. cum duabus ſequent. vbi dicit hæc quæ diximus procedere etiam ſi debitor iuraſſet non denuntiare, quoniam etiam quod vellet debitor tale iuramentum ſeruare adhuc indebitè exacta pecunia remanere non debet, ca. cum tu. & ibi Hoſtien. Io. And. & cæteri eod. tit. de vſur. quia ſuperior ex officio vſuras recuperare poteſt, & in pias cauſas diſtribuere.

Sed hæc quæ dicuntur iuramento, aut pacto vſurarum repetitionem minimè remitti poſſe, reſtringas primo, ſi
23 pactum illud, & iuramentum inter initia contractus interponantur, & antequã deberi incipiant, cæterum ſi ex interuallo poſt obligationem liberaliter paciſcatur non repetere, agere debitorem non poſſe concludunt Bald. in l. penult. ff. de condi. ob turpem cauſam Alexan. in l ſi non ſortem §. 1. ff. de condi. indeb. Rodul. in tract. de vſur. quæſt. 8. rationem aſſignans, quia incipiant eſſe in obligatione poſt debitum ſaltim naturaliter, quod tametſi iure ciuili procedat, iure canonico nos non admittimus, quia quantum vis modica vſura, adeo hoc iure, ac etiam nouiſſimis legibus Cæſareis prohibetur, vt nec etiam naturalis obligatio oriatur, præter illud, iuramenti vinculum, de quo antea diximus, placet ergo in hoc Alex. opin. in d. l. ſi nõ ſortem §. 1. tenentis, ita demum hæc procedere, ſi tẽpore ſolutionis, vel promiſſionis vſurarum reſtituta erat ſors principalis, tũc enim per ſpõtaneam ſolutionem vitium purgatur, ſecus ſi ſolutio, vel promiſſio fiat, quando ſortè debitor ſoluit, vel ſoluere promittit, & hoc quoq; fuit de mẽte Caſtren. in l. pen. per illum tex. ff. de
24 condi. cauſa data †. ſecundo putant ſimiliter reſtringi, quando remiſſio, vel liberatio à debitore ſit facta, vt per Hoſtien. in ſumma quoq; ſupra citauimus ver. quid ſi fœnerator, Feder. de ſen. cõſ. 179 & Lau. Rodul. quo ſup. q. 9. quod nos adhuc ita intelligẽdũ putamus, ſi poſt ſolutam ſortem cõtingat vſurarũ ſolutio, ante. n. maior præsũptio cadit, ideo ſolutas fuiſſe, ne in principali ſorte debitor vexetur ac ſubinde neceſſitate illa coactũ, vt repetitionẽ remittere, cautus ſit ergò his caſibus abſolutionis iudex, qui liberationes illas, & remiſſiones diligẽter examinet, ſũt. n. coniecturæ innumeræ, quæ in illa materia cadũt, quas Hoſtiẽ. ſcribit in d. ver. quid ſi fœnerator, quibus examinatis, poterit nõ obſtantibus pacto, liberationẽ, aut alijs huius generis iuramẽtis abſolutionẽ concedere, prætermiſſo enim debitoris comodo, curare, debet ne praua illa exactio vſurũ apud creditorem remaneat, facit ad hoc notabile

ctum

dictum Antonij de Butr. in cap. ad noſtram num. 5. de iureiur. quod vbicumq; tangitur periculum animæ, poteſt Iudex ex officio procedere, maximè quando pars excluſa eſt à remedio agendi, & æquitas ſubeſt, vt agi debeat arg. l. planè, & l. fin. ff. de petit. hær.

15 Quartò, & vltimò, quoties de impetranda abſolutione iuramẽti ſuper vſurario contractu tractatur, poteſt dupliciter obtineri, quoniam ſi debitor, qui iurauit intẽdit coram Iudice laico aduerſus vſurarium contractum agere, vel excipere, ſimplici tantũ habilitatione opus erit, aditusq́ue Eccleſiaſticum Iudicem facilè illã ad finem agendi, & excipiendi creditore, etiam non vocato obtinebit, remiſſoque ad ſæcularem Iudicem principali negotio omnia ex integro examinari debẽt, quæ ad contractus reſciſſionem pertinent; Eſt enim de iur. cõmuni cõmunis vtriq; iudici vſurariæ prauitatis cognitio in his, quæ ad repetionẽ pertinent, vti latè Alex. & alij explicant in l. titia ff. ſol. matri. quod & Bald. ſentijt in l. eos §. 1. C. de vſur. & idem Alex. in l. ſi non ſortem ff. de condi. indeb. vbi alios citat, quorum opinio vſu hodierno præualuit, quicquid inibi Caſtren. afferat, dicens non niſi in Curia Epiſcopi vſuras repeti, hoc tamẽ caſu ſi præuia habilitatione tractanda ſit cauſa vſurarum coram Iudice laico, nõ procedetur in ea ſũmariè, & de planò, & iux. formam clemenrinæ diſpendioſam, nec alia ſeruabuntur, quæ lex canonica in procedendo contra vſurarios ſtatuat, ſed ordinario iuditio opus erit, iuxt. ſtilum, & obſeruantiam illius curiæ in qua eſt procedendum, quemadmodum notant Abb. in cæt. in cap. Eccleſ. Sanctæ Mariæ de conſtit. idq; ſpeciatim firmat Card. in d. clem. diſpendioſam de iudi. quæ eſt 2. illius tit. in q. 24. & hæc prima, ac ſimplex vſurarij iuramenti abſolutio; Quod ſi intendat debitor vno, eodemq; iuditio, coram Eccleſiaſtico Iudice contractum reſcindere, & iuramentum, alio modo abſolutio procedet, quoniam inſtructo ordinariè proceſſu coram Eccleſiaſtico cogitaq; vſuraria prauitate per plenariam abſolutionem creditore vocato, iuramenti ſimul relaxationem, & cõtractus reſciſſionem obtinebit, vt notanter, concludit Egid. Bellame. in c. 1. col. 1. & 2. de iureiur. namq; hoc caſu nulli dubium eſt ſubijci laicos ratione vſurarum Eccleſiaſtico iudicio, poſſunt .n. per Epiſcopum excommunicari, & cogi, vt ab illicita exactione deſiſtant, & de male exactis ſatisfaciant iure communi attento, vt diximus vti Abb. ſcribit in c. præterea de vſur. dicens non rectè agere noſtri temporis Epiſcopos, qui in vita vſurarios ad hoc nõ cogunt, ſed mortis tempus expectant, peccant namq́ue ſatis, & ipſi dum alios peccare patiũtur 44. diſt. ca. Epheſis; An verò, & quomodo poſſit Eccleſiaſticus Iudex hac vſuraria cognitione coram ipſo pendente ſæculari Iudici inhibere, ſpeciatim nos infra 2. lib. in propio capite Deo duce expendemus.

De iuramento contra bonos mores. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Quæ contra bonos mores fiunt, non eſt credendum nos poſſe facere.*
2 *Qui autem ſint hi boni mores, ſatis eſt controuerſum.*
3 *Et ſecundum quoſdam illa ſunt cõtra bonos mores, quæ ex ſe turpia à lege probibentur.*
4 *An verò legis ciuilis, an ſolum canonicæ prohibitio ſit attendenda latè diſcutitur.*
5 *Prohibita à lege ciuili, an iuramento firmentur.*
6 *Opin. Couarruuias, & Fortunij, etiã legis ciuilis, & naturalis prohibitionem attendi contra communem.*
7 *Authar tamen contra ſentit.*
8 *In materia ſpirituali omnis lex præter canonicam ſubcumbit ex defectu poteſtatis.*
9 *Subiciuntur caſus aliquot in quibus*

 diuerſa-

diuerſum in hoc ſtatuitur à lege ciuili, & canonica, ac de vſuris.
10 *Secundo de nuptijs filiorum fam.*
11 *Tertio de renuntiatione futuræ ſucceſſionis.*
12 *Quarto de probibito matrimonio viduæ, infra annum luctus.*
13 *Quinto de matrimonio inter tutorem, & pupillum.*
14 *Sexto de concubinato.*
15 *Septimo de donatione inter virum, & vxorem.*
16 *Octauo de inceſtis nuptijs.*
17 *Nono de pacto futuræ ſucceſſionis.*
18 *Concluditur aliter iudicari bonos mores à lege ciuili, quam à lege canonica.*

1 HIVS capitis duæ ſunt poſitiones, quarum prima receptiſſima ſẽper apud omnes fuit, in altera verò ingerit ſe difficultas quædam nõ leuis, nam quod generaliter ſtatutum eſt, non eſſe obligatorium, quod contra bonos mores fit, nullum omninò dubium habet ſiquidem præter Bonifacij regulam in lib. 6. de reg. iur. quæ ſtatuit non eſſe obligatorium contra bonos mores præſtitum iuramentum, ciuilia quoque in hoc inſtituta conueniunt, quæ enim (inquit Vlpian.) in l. filius ff. de condit. inſti. facta lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & vt generalius dixerim contra bonos mores fiũt, nec facere nos poſſe credendum eſt, & in l. ex eo C. de inutil. ſtipulatio. hoc quoque ſpeciatim ſtatuitur, nullius eſſe momenti, quæ contra bonos mores, vel in pactum, vel inſtipulationem deducũtur, idque in alijs legibus multis, quas Accurſius citat in d. l. ex eo. ſuper ver.
2 omnia. Cæterum qui ſint † iſti boni mores ſatis a noſtris eſt controuerſum, variè in hoc ſentientibus canonum, & legum profeſſoribus, ita vt prætermiſſa priori parte, quę regulis innixa alia probatione non eget, ad hanc ſecũdam expendendam aliquantulum immorabimur.

Erit ergò ante omnia in hoc capite ſciendũ, ſtatuiſſe aliquos ex noſtris hãc
3 concluſionem †, illa contra bonos mores eſſe, quæ lege aliqua non ad certarũ perſonarum fauorẽ, ſed propter ſui turpitudinem prohibentur, hæc nãq; quãuis alias poſſint ſine interitu ſalutis obſeruari, ex hoc tamen nõ obligare, quia ex ſe turpia ſint, ita ſentit gloſ. in d. cap. nõ eſt obligatorium, quam inibi ſequuti ſunt Ioan. Andr. Dyn. & Phil. Fran. ſed nullam differentiam addiderunt debeat ne actus à lege canonica, vel ciuili propter ſui turpitudinem prohiberi, in hoc enim huius quæſtionis difficultas vertitur, quam non ſatis noſtri explicuerunt, Ideo Io. Andr. in cap. quemadmodum in gloſ. ſuper verſ. vel naſumde iureiuran. ſpetiatim hoc declarauit dicens, quod ad hoc, vt iuramentum nullum reddatur
4 quia contra bonos mores fuerit, nõ ſufficit, vt à lege ciuili prohibeatur, ſed neceſſe eſſe per canones improbari, quod, & ibidem Baldo viſum fuit, qui tamen ſibi ſuo more contrarius aliter alibi tenuit, ſed opinionem hanc probant Abb. & Imol. in cap. cum contingat de iureiuran. ille nu. 5. hic num. 33. Idem Abb. in cap. ſi verò eo tit. & in cap. donatio, num. 9. de donat. inter vir. & vxor. & in cap. ſignificauit num. 15. de eo qui dux. in matri. eam quã poll. per adult. Corn. in authen. ſacramenta pub. num. 28. Bal. & Paul. in l. pacta, quæ contra C. de pact. alij item multi, quorum numerus cõmunem hanc ſententiam fecit, fuitque ratio (ſecundum Decium in conſ. 202. vt præſens col. ij.) quoniam ſi cõtra bonos mores illa dicerentur, quę à lege ciuili prohibentur frequẽtiſſimè eueniret
5 † actus à lege ciuili prohibitos ſecũdum diſpoſitionem canonũ firmari iuramento, quod nos in cap. 12. de legis prohibit ſuprà latius expoſuimus, & inferius demonſtra-

monſtrabimus. Cum ergò lex canonica non ſimpliciter ciuilis legis mores amplectatur, concludit cõmunis opinio ſolam iuris canonici prohibitionem in hoc attendi, eoque iure, illa pacta cõtra bonos mores dijudicari, quæ ad peccandũ homines inducant, quod, & Iaſ. ſequutus eſt conſ. 169. 4. lib. & Dec. in præalleg. conſ. 202. & iterum conſ. 655. viſo eleganti conſ. num. 15.

6 Verum cõtrariam ſententiam defendere conatur, Didacus Couarr. in repet. c. quamuis de pac. lib. 6. in initio ſecundæ partis, qui ſequutus Fortunium in tracta. de vlti. fin. iur. illatio 12. verius exiſtimat concluſionem hãc, & iuris canonici regulas, quæ aſſeuerant non eſſe obligatorium contra bonos mores præſtitum iuramentum, intelligẽdas eſſe de bonis moribus, ne dum canonicis, ſed ẽt naturalibus, & ciuilibus, ac poſt multa rationem quoque communis opinionis improbat, inquiẽs diuerſum eſſe aliquid contra legem ciuilem eſſe, quia ſit ab illa prohibitum, & aliud ideo prohiberi, quia ſit contra bonos mores ciuiles, hoc enim tamquam ideo prohibitum à lege ciuili, quia turpe iure canonico, etiam prohiberi, nec firmari, cũ impoſſibile ſit bonos mores ciuiles, à naturalibus, aut canonicis diſtingui, ſed quos aliqua ex dictis legibus bonos mores iudicat

7 omni iure, vel bonos, vel malos eſſe †, ꝗ nobis nunquam ſuaderi potuit, nec vidimus poſſe Fortunij, & aliorum opinionẽ contra communem ſuſtineri, conſtat. n. (vt Carneades inquit) à Cicerone relatus lib. 3. de Repub. varia ſibi homines pro moribus, & vtilitate iura ſanxiſſe, atque ita fuiſſe, quandoque ciuiles leges naturalibus aduerſas, & quod ad canones pertinet, tametſi non dedignentur ſacras leges aliquãdo imitari, & quæ in eis ſancita ſunt habeãt etiam naturalem equitatem annexam, quod in ſexcentis locis inuenies, in his tamẽ, quæ iuramẽ-

8 ti vim, ac ligamen reſpiciunt † ſuccumbere penitus ob poteſtatis defectum ciuilia, & naturalia iura, nemo eſt qui dubitet, conſentiunt namq; hoc omnes in authen. ſacramenta puberum, & nos latius inf. 1. cap. 2. lib. lex ergò canonica ex moribus quos bonos naturale, & ciuile ius iudicauit, quamuis aliquos recepiſſe, quàmplures tamen improbauit, vt ex ſequentibus exemplis bonus lector aduertet, quæ eo accuratius cumulauimus, vt manifeſtius demonſtretur nõ poſſe ſubſiſtere id, ꝗ Couarruuias aſſerit quod vna lex bonos mores feciſſet in omnibus bonos eſſe, falſum itẽ, & illud non firmari iuramento actum à lege ciuili prohibitum, quando ideo prohibetur, quia contra bonos mores ciuiles fuiſſet.

9 Primum namque hoc erit obſeruatione dignum, vſurarum pactionem naturæ legibus, ac moribus aduerſari, quoniam vti ſæpius in proximi capitis principio plenius expoſuimus, cõtra legem eſt, rem alioquin ſterilem, & infœcundam, cuiuſmodi eſt pecunia fructum facere, & ex nihilo aliquid gigni. At iure canonico, vt eodem capite docuimus firmari vſurarum promiſſionem iuramẽto ex parte iurantis, & odio tantum recipientis prohiberi, ac eum, qui promiſſas vſuras non ſoluerit ſuo tempore, nec ante præfixum terminum abſolutionem petierit iuramenti, periurum effici.

10 Secundò, vt filius, filiauè in patris poteſtate conſtituti abſque illius conſenſu nubere non poſſint, & ciuilis, & naturalis ratio ſuadent. inſtit. de nupt. in princ. & l. 3. ff. de ritu nuptiarum, atque in tantum, vt conſenſus ille præcedere debeat, alias non valeat, vt verba tex. & gloſ. inibi dicũr. canones autem illorum tantum conſenſum requiruntur, de quorum coniugio tractatur, nec aliter contra bonos mores iudicauit, inuitis aut ignorantibus parentibus filios nubere c. cum apud extr. de ſponſal.

11 Tertiò renuntiatio futuræ ſucceſſionis ciuibus legibus prohibetur l. pactum dotali C. de collatio. cum alijs iuribus hac ſola ratione, quia ciuilia iura contra bnos mores hoc eſſe ſtatuerunt Bal.

Paul.

Paul. Iaſ. & cæt. in l.pacta, quæ contra C. de pactis, & alijs locis ſæpiſſimè, at iure canonico firmari renuntiationem illam, ſi iuramentum additum eſſet cap. cum contingat, & cap. licet mulieres eo. tit. li. 6. id quod omnes præcitati doctores fatentur, & ipſe Couarruuias in illa ſua repet. ſuper cap. quãuis ex profeſſo tractat, q nos latius defendimus in reſponſo alias in hac materia reddito, quod infra ſubnectemus.

12 Quartò ciuiles leges, viduæ infra annum luctus primi ſui viri, nubenti pœnam infamiæ; & alias multas irrogabãt l. 1. C. de ſecun. nup l. genero, & l. liberorum §. 1. vſque ad fin. ff. de his, qui notan, infam. & in authen. de reſtit. & ea quæ parit §. fin. quaſi quod contra bonos mores iura illa cenſuiſſent, turbari permixtum ſanguinem, cum ex ea permixtione poſſet, quandoque fœtus ambiguitas oriri, nec ſuſpicione carere mulierem velociter ad ſecundas nuptias trãſeuntem, ius autem canonicum abſq; metu ciuilium pœnarum illam nubere permittit, propter Apoſtoli permiſſionẽ cap. pen. & fin. vbi omnes ext. de ſecun. nupt. & plenè Caſtren. conſ. 366. incip. ſuper 1. lib. 1. & Alexan. conſ. 131. verè crudelis lib. 5. in princ. qui concludunt iure canonico omnes pęnas ſublatas eſſe, quod intelligas non procedere in pęnis, quæ concernunt fauorem filiorum prioris matrimonij docto in l. vnica §. ſi verò C. ſi mul. ſecun. nupt. ac plenè Caſſan. conſuiet. Burgun. tit. des enfans de pluſieurſ. §. 6. Boer. conſuet. Bitur. §. 7. tit. deleſtat. des perſones.

Quintò contra bonos mores ius ciuile iudicauit tutorem, aut curatorem, eorumuè filios, ac etiam (quod fortius
13 aliquibus viſum fuit) extraneos hæredes cum pupilla, vel adulta, cuius tutores, vel curatores fuiſſent nuptias contrahere, ideo matrimonia illa ſpeciali titulo ciuilis lex interdixit, vt toto titut. C. de interd. matrim, inter pupill. & tut. l. libertum §. Senatuſcõſulti ff. de ritu nuptiarum, Hoc tamen matrimonium canonica iura permittunt ciuilibus argumentis prætermiſſis cap. penul. vbi omnes extra de ſecun. nupt. Feder. de ſen. conſ. 36. Abb. conſ. 15. lib. 1. Felyn. latè in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ nu. 62. de conſtitutio.

Sextò ciuiles mores concubinatum licitum fecerũt, quinimò, & hoc ſtatue-
14 runt poſſe inter ſolutum tamen, & ſolutam, qui in concubinatu fuiſſent, matrimonium conſiſtere to. tit. ff. de concubi. & inſtit. de nupt. Improbatur autem de iure canonico, quo iure coitus omnis præter matrimonium prohibetur, vt habetur in c. tanta, qui filij ſunt legi. & 32. q. 4. c. 2. §. his ità reſpondetur.

Septimò inter virum, & vxorem ea ratione prohibitam fuiſſe donationem
15 comperimus, quia contra bonos mores ciuiles, ne maritus, & vxor ex nimio amore ſe inuicem ſpoliarent donationibus non temperantes, ſed perfuſa erga ſe facilitate abutentes, nec eſſet eis ſtudium liberos potius educandi l. 1. & 2. ff. de donat. inter vir. & vxor. Ripa conſ. 121. nu. 1. ſi tamen iuramentum acceſſerit validari donationem reiectis aliquorum ſententijs magis communiter Doctores tenuerunt Bar. in l. ſiquis pro eo ff. de fideiuſſo. Bal. in l. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. Ang. in l. penul. §. mulier ff. ſol. matrim. Paul. & cæteri in d. l. pacta, quæ contra C. de pac. Alexa. in l. Seius, & Augerius col. fin. ff. ad leg. falc. & conſ. 7. & 157. lib. 2. Aret. conſ. 74. Bertran. 267. lib. 3. num. 4. Decius 202. & ex Canoniſtis Anto. de Butr. Imol. & alij multi in c. cum contingat de iureiur. Io. de Ligna. in clementi. ne Romani de iureiur. Abb. in c. donatio. nu. 9. de donat. int. vir. & vxor. Ripa, qui alios cumulat in d. conſ. 127, nu. 3.

Octauò nephariæ, & inceſtuoſæ nup-
16 tiæ adeò à legibus proſequuntur, vt nec filios ex illo damnato coitu procreatos parentes alere coegerint, quaſi quod coniunctiones ille, velut bonis moribus aduerſæ ad filios quoque contra naturalia iura pœnas extendant, quæ & parentes

rentes

rentes ipſos tangunt, prohibentur enim filij erga eos eãdem pietatem exercere, è meretrice narus (inquit lex 12. tabularum) patrem non alito, quod & Solonis legibus cautũ fuiſſe Plutarchus in illius vita teſtatur, contra verò ius Põtificium non potuit naturæ præceptum non amplecti, ex qua, vt liberorum procreatio, ita quoque, & educatio manauit, fauet itaque plurimum illigitimis filijs, eiſq; alimenta decernit c. cum haberet, de eo qui dux in matri quam poll. per adul.

Nono pactum ſuper futura ſucceſſione acquirenda regulariter exceptis tamen caſibus nonnullis ciuilibus legibus
27 improbatur l. ex eo. C. de inutil. ſtipul. & l. fin. C. de pac. & hac ſola ratione, quia contra bonos mores ſit, nec iuramento firmari, plerique tenuerunt, quorum opinio communis aliquando apparuit, ſed quod firmetur iuramento alias nos in eueniẽte facto reſpondimus. atq; ideo quoniam multa ad hanc materiam pertinentia tunc deduximus, non fuit vacantis operæ propoſitam ſpeciem, & conſilium noſtrum in ſequenti capite adiunxiſſe.

Hoc ergò ꝙ in ſupra deductis exemplis poſuimus, in quamplurıbus alijs
18 lector inuenies †, vt aliter iura canonica, quam ciuilia bonos mores conſiderent, quod ſi inſtes eſſe In ſupradictis ſpetiebus aliquas, quæ non hac ratione iure ciuili improbantur, quia contra bonos mores ſint, ſed fortaſſis alia, vt Fortunius, & Couarruuias aduertunt, hoc in vniuerſum ſcias, ſtatuiſſe Vulpianum id eſſe contra bonos mores, quod verecundiam, pietatem, & exiſtimationem noſtram lædunt, has enim, vt ſpecies enumerauit in d. l. filius ff. de condi. inſtitutio. additque poſtmodum, & vt generalius dixerim, contra bonos mores fiunt quemadmodum, & alibi Papinianus reſpõdit in l. ſi liberis ff. de pact. dotal. ſi reuerſa poſt iurgium mulier per diſſimulationem conuenerit ne dotata ſit, conuentionem moribus improbandam eſſe veluti venali concordia ſequutam, At iure Pontificio, vt iuramenta relaxentur non verecundiæ, non exiſtimationis læſio ſimpliciter conſideratur, ſed in tantum, quantum animarum periculum vertitur, eos ergo, (vt receptui canamus) in hac materia bonos mores eſſe concludimus, quos iura canonica, ſiue ex ſe deprompta, ſiue ex naturalibus aut ciuilibus legibus recepta bonos, vel malos declararunt, nec alias præter iuris canonici regulas attendi, cum de ſeruando, aut relaxando iuramento tractetur, quod ſi Iudex abſolutionis ſequetur, tutius faciet.

Reſponsũ à nobis alias redditũ ſuper facto futuræ ſucceſſionis, quod hoc loco addidimus, tamquam materiam huius tractatus ſatis attingens. Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Ex perſona haredum cõditiones obligationis non mutantur.*
2 *Authores qui tenuerunt pactum futura ſucceſſionis inualidum eſſe.*
3 *Iura, quæ hanc partem firmant, & rationes.*
4 *Hareditas pacto neque dari, neque adimi poteſt.*
5 *Et per hoc pactum libera teſtãdi facultas adimitur.*
6 *Et votum captanda mortis inducitur.*
7 *Ideo iuramento non firmari.*
8 *Nec ad vim diſpoſitionis inter viuos.*
9 *Authores, qui contrariam partem tenuerunt.*
10 *Pactum hoc etiam inter extraneos iuramento firmari, aut ſtipulatione, & contraria loqui in pacto nudo.*
11 *Quod ex pacto faculcas teſtandi non auferatur latè declaratur.*

12 *Et*

12 *Et quod hæc facultas cum ſit de iure ciuili, poteſt per conſuetudinem, ſtatutum, & pactum tolli.*

13 *Ius canonicum quomodo iudicet bonos mores ciuiles.*

14 *Inuentum eſt artificio iuris ciuilis non canonici, quod pactum de ſuccedendo ſit contra bonos mores.*

15 *Caſus in quibus ex contrariorum opinione ſubſtinetur pactum ſuper futura ſucceſſione.*

16 *Quando diſpoſitio probibitiua non habet perpetuam cauſam probibendi, tollitur per iuramentum.*

17 *Iuramentum babet vim clauſulæ, quod non valet, vt ago, valet, vt valere poteſt.*

18 *Ideo reducitur ad donationem cauſa mortis irreuocabilem in hoc.*

19 *Verba promiſerunt non reuocare, ſi adponãtur in donatione cauſa mortis illam faciunt irreuocabilem.*

20 *Idem operatur iuramentum.*

21 *Pactum futuræ ſucceſſionis reciprocum validum eſt.*

22 *Tria ſunt, quæ faciunt differre præſentem caſum ab his, quæ Doctores ſtatuunt.*

23 *Conſenſus reciprocus facit ceſſare vota captandæ mortis.*

24 *Equalis eſt enim tũc contrahentium conditio.*

25 *Pactum hoc inter fratres probibitũ non reperitur.*

26 *Ad eos namque ſi liberi non adſint defertur hæreditas etiam ex lege veteris teſtamenti.*

27 *Ideo argumentum de libera teſtandi facultate non obſtat.*

28 *Nec illud de voto mortis captandæ.*

29 *Subſtinetur etiam hoc pactum ſi alter contractus licitus præcedat.*

30 *Hæres conuentionalis ex Maſuerio.*

31 *Reÿcitur Boerÿ opinio, quæ ſenſÿt poſſe illud pactum reuocari.*

32 *Cur diuerſum in teſtamento hic expenditur.*

DVO fratres de ductis bonis omnibus in cõmunionẽ per contractũ perpetuæ ſocietatis, pactum adiecerunt, vt altero ipſorum ſine filijs præmoriente bona ad ſuperſtitẽ eiuſque liberos deuenirent, ſicque ſtipulati ſunt iuramento, & pœna adiectis: moritur vnus relicta filia, alter poſtmodum ſine filijs decedens aliter de bonis ſuis diſpoſuit conuentione prætermiſſa, queritur an filia ex fratre, ad bona patrui admitti debeat, vigore conuentionis.

Et quidẽ ſi contractus ſocietatis cum
pacto futuræ ſucceſſionis inualidus fuiſ-
ſet, nullum ius filia haberet, actus enim
qui ab initio non valuit tractu temporis,
adiectione, aut mutatione perſonæ non
conualeſceret, & filia melioris conditio-
nis eſſe non poſſet, quã pater eius à quo
1 ius in ipſam tranſit. † Ex perſona enim
hæredis obligationis conditio non mu-
tatur l.2.§.ex his ff.de verb.oblig. & ex-
cluſa radice quicquid ex ea ſequitur eſt
excluſum Bal. in l. maximum vitium C.
de lib. præter. Ideo de validitate huius
contractus diſcutiemus.

Et illum inualidum tenuerunt Bar.
Pau.de Caſtr. Alexan. & nonnulli alij in
2 l.pactum, & in l.fin.C. de pac. Iaſ. & Dec.
in l.licet C.eo Alex.conſ.28. ponderatis
verbis lib.3. Idem Dec.conſ.225. in caſu
lib. 1. Bar. Caſtr. & Alexand. in d.l.fin.
ſed horum aliqui hoc concludunt in pa-
cto ſimpliciter facto de ſuccedendo fra-
tri, nihil adijcientes, ſi reciprocum fue-
rit, vel iuratum. cæteri etiam de fratribus
inuicem paciſcentibus loquuti ſunt.

Et pro hac parte liquet primo ſatis a-
pertè hunc contractum cõtinere pactum
ſuper futura ſucceſſione, ꝓpter illa verba
altero ſine liberis præmoriente, bona ip-
ſius ad ſuperſtitem, eiuſq; liberos deue-
3 niant, & quæ ſequuntur †, hoc pactum
ſuper futura ſucceſſione acquirenda re-

gulariter

gulariter legibus improbatur, l.cum do-
nationis C de tráſac.l.pactum quod do-
tali.l.licet,& l.fin.C.de pac. & hoc plu-
4 ribus rationibus † prima quoniam hære-
ditas pacto neq, dari, neq; adimi poteſt
l.hæreditas C.de pact.conuen.ſicuti nec
etiam per donationē, nec per codicillos
d.l. licet ad quæ multa cumulauit Imo-
la,in l.ille aũt ff.de hęr. inſtit.ſecũda ra-
5 tio, quoniã per hoc pactum libera facul
tas teſtandi aufertur,ne dum directè,ſed
&t indirectè, quoniã qui proprium non
haber non teſtatur glo.in l.1.C.qui teſt.
fa.poſſ.indirectè nam licet teſtamentum
ita paciſcens, conderet, & hæredem in-
ſtitueret,hæres in hæreditate nihil inue-
niret, ſicque hætedem non haberet iux.
tex.in § fin.inſtit.ad l.fal.iuncta,l. quod
6 de bonis eo. tit. tertia quoniã votũ cap-
tandæ mortis inducit cum effectum ſor-
tiatur ex alterius morte, ſicque mortem
illius ſatis optabit,qui eius hęreditatem
expectat cap. ne captandæ de conceſſio.
præben. in 6. hæc autem ſpes acerbiſſi-
ma ſublata fuit per Imperatorem in l. fi.
C.de pac.

Cum autem liberam facultatem te-
ſtandi auferat, & votum inducat captã-
7 dæ mortis †,ſequitur aliud argumētum,
quod pactum hoc contra bonos mores
dicatur l.ex eo.C.de inutil.ſtipul.Ideoq;
nec ſimpliciter ſine iuramēto valet, nec
iuramento firmatur c. non eſt obligato-
rium de reg.iur.in 6.Bar.in l.ſi quis pro
eo.ff.de fideiuſſ.Gemin. latè in c.quam-
uis de pac.in 6.

Et ſi diceretur verum eſſe, quod pa-
8 cto hæreditas dari non poſſit,ſed per iu-
ramentum in hoc pacto adpoſitum,ſup-
pleri defectum teſtamentariæ ſollemni-
tatis, quæ requireretur, ꝙ tamen negat
Aluarotus in capit. moribus ſi de feud.
fuer. cont. & reduci hunc actum ad ali-
qualem validam diſpoſitionē,reſponde-
tur, quod quantumcumq; vis iuramenti
operari poſſet ad validandũ hanc diſpo-
ſitionē, vtiq; illam validaret tamquã a-
ctus vltimę voluntatis,ex quo in conuē-
tione fit mētio mortis,& hęreditatis quę
non eſt viuentis, & tunc ſi reſultaret do-
natio cauſa mortis,per illam dictũ eſt hę
reditatem acquiri non poſſe d.l.licet,ſin
aũt interpretetur tãquã alius actus vlti-
mæ voluntatis,& tunc per nouiſſimã di-
ſpoſitionem quam vltimus decedens fe-
cit reuocata eſt prima conuentio, quæ
actum ſonabat vltimæ volũtatis,ambula
toriam namque habuit voluntatem vſq;
ad mortē,ſic in ſpetie firmat Boer.de re-
uocatione huius pacti agens deciſ. 204.

Quibus nõ obſtãtibus, reſpõdimus cõ
9 trariam opinionē,& veriorē,& fauorabi
liorē eſſe,quod.n. pactũ hoc valeat, te-
nuerunt Guid. p.p.conſ.31.viſo puncto,
& conſ.115.Marſil.cõſ. 106.ex tenore,
Gozad.87. Decius ſibi contrarius conſ.
515.quoniã cauſas licet ibi in nobilibus
loquatur,Bertran.121.donatio col.2.li.
4.Ruyn.126.primo vidẽdũ li. 1.Maria.
Socc.143.ex factolib.1.Io.Cãpeg.in tra
ct.dotis q.79. Boer. ſibi cõtrarius deciſ.
204.& 355.& alij,vt infra,& ne authori
tatibus tantũ relatis innitamur, rationes
adducimus,q̃ hãc partē fouēt, & ex qui-
bus ad cõtraria facilis reſultat reſpõſio.

Et primo poſſet indiſtinctè teneri, ꝙ
10 pactum ſuper futura ſucceſſione etiã in-
ter extraneos valeat, ſi ſtipulatione, aut
iuramento vallatum fuerit, quã opinio-
nem tenuit Guid.d.conſ.31.dicēs, quod
regula,& leges,quæ dicunt, quod pacto
hæreditas dari nõ poteſt, intelligi debēt
in pacto nudo,ſecus ſi ſtipulatio, aut iu-
ramentũ interceſſerint,iuxta opin.gloſæ
quã inibi Iac.Butrius ſequitur in l.vn.C.
vt actio. ab hær. & contra hær. quod ex
eo comprobatur,quoniã textus, qui pro
illa regula allegantur in l. hæreditas C.
de pacto. conuen. in l. pactum, & in l.li-
cet, & in l.fin. C. de pact. ſimpliciter de
pacto loquũtur, nihil adijciētes de ſtipu
latione,aut iuramento,vnde ſuccedit re-
gula doctorũ in rub.C.de pac.ꝙ appella
tione pacti, cum nihil aliud additur, nu-
dum, & ſimplex pactum intelligitur, vt
etiam conſuluit Caſtren. conſ. 41.lib.2.
quē ſequitur Decius in d.rubr. in fi.col.
quo fit vt impertinētes, & ſibi contrarij

Doctores tenentes contrariam partem ſubaudiant ibi in ver.pactum ideſt ſtipulatione vallatum, quod enim lex non dicit,nec nos dicere debemus.

Et retenta hac opinione Guidonis reſpondetur ad ſecundum argumentum contrarium de facultate teſtãdi directè,
11 vel indirectè non auferenda, tribus modis, primo, quod iſte qui ſic paciſcitur directè poteſt teſtamentum condere, & in eo, quem ſibi vult hæredẽ inſtituere, vel ẽt ipſummet fratrẽ, & donatariũ, vt ꝙ ex cõuentionali diſpoſitione cõſecuturus fuiſſet capiat ex teſtamentaria tãquam fauorabiliori, nec vera eſt opin. gloſæ in d. l. vnica dum dixit, eum qui proprium non habet nõ poſſe teſtari, ſic .n.fieret,vt inopſ. aut is qui bona omnia ere alieno habet obnoxia, non teſtaretur quorum vtrumq; falſum, vt latè firmat Ang.conſ.129.viſis prædictis,qui etiam dicit de facultate teſtandi indirectè ſublata nullam conſiderationem haberi, ea enim actenta hæres in hæreditate reſtitutioni obligata nihil caperet, atq; ideo hæres non inueniretur,ſequeretur teſtatorem non poſſe falcidiam prohibere, quod hodie falſum per authen. ſed cum teſtator C.ad l. falcid.& ibi Angel.

Item ad hoc adducitur illud quod ipſemet Alex.fatetur cõſ. 28. circà principium,ꝙ non fuit hęc principalis ratio, ſeu cauſa improbandi hoc pactum.

12 Et ſi fuiſſet,adhuc reſpondetur,quod hæc falcultas teſtandi,vel vt ea, quæ iuris ciuilis eſt ſecundum quoſdam poteſt cõſuetudine,vel ſtatuto tolli Dyn. in regula indultũ li.5.Ang.in auth.vt fac.nouæ conſt.in §.1.ideo ſi valet cõſuetudo, vel ſtatutum per ꝙ libera teſtamenti factio tollitur,neceſſe eſt, & pactum valere,quo argumẽto Bar. vtitur in d.l.fi.C. de pac.& Bal.in l.Archimedor col.fi.C. vt in poſſ. leg. qui ſpetiatim firmat poſſe per conſuetudinem induci,vt valeat pactum ſuper futura ſucceſſione, Ang.cõſ. 66.viſis.Decius in d.l.pactum,& Tiraq. in tract.primog.q.6.Ad tertiũ de voto captãdæ mortis inferius reſpõdemus, vnde.

13 Nec quartum obſtat, quod contra bonos mores iſta conuentio dicatur, ſiquidem ratione iuramenti, iuris canonici norma hic erit ſequenda, in quo aliter quam de iure ciuili, boni mores cõſiderantur, ita illimet doctores in alijs locis ſępiſsimè tenuerunt ſibi contrarij,Bald. in l.pacta,quæ contra in princ. Caſtren. & Decius in l. pactum aſſerentes ea ſola pacta iure canonico cõtra bonos mores iudicari,quæ homines ad peccãdum inducant, Canon in ca. cum contingat de iureiurand. Et ipſe Alexa. in d l.pactum
14 † dicit inuentũ eſſe artificio iuris ciuilis, non canonici,ꝙ pactũ de ſuccedendo ſit cõtra bonos mores, & Coraſ.in l.admonẽdi in prin.nu.55.de iureiur. dicit regulã illam, non eſſe obligatoriũ, ꝙ contra bonos mores ſit,de moribus naturalibus intelligi,ita vt ſi improbetur actus, quia cõtra bonos mores ciuiles,firmabitur iuramento Hi.n.boni mores, quos cõſiderauit Imperator in d. l. ex eo C. de inut. ſtip.nõ ij.ſunt,qui mali propter ſui turpitudinem reddantur qm̃ etſi mali ſint,nõ eſt perpetuò prohibitum hoc pactum,nã
15 in multis caſibus etiam ſecũdum doctores contrarios, pactum hoc ſubſtinetur, vt eſt inter milites, in d. l.licet, Item inter nobiles,vt per Decium in d.conſ. 55. Item ſi is,de cuius hæreditate paciſcitur pacto conſentiat d.l. fin. Item ſi aliquid reſeruatum fuerit ſcriben.in l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. cum alijs caſibus cumulatis per Guilel. Bened.in cap.Raynuntius verſ.duas habens filias, num. 201. vſque ad numer.
16 217,† & per hãc rationẽ dixit Alex.cõſ. 27.li.2.co.3. ꝙ qñ diſpoſitio aliqua prohibitiua nõ habet perpetuã cauſam prohibitionis ex quo poteſt aliquãdo actus cũ certa ſollemnitate fieri,tunc actus iuramento firmatur,ex quibus patet, verã eſſe cõcluſionem ſupra à nobis propoſitã pactũ hoc ſuper futura ſucceſſione interpoſitum firmari per iuramentũ ꝙ hoc caſu ſeruandũ eſt quoniam ſine peccato ſeruari poteſt,quã ẽt opin.renuet ũt Bal. in c.morib', & Cald.cõſ.1.ti.de dẽ.nu.1

Ad

Ad quod accedit quoniam, & ſi alias
contractus iſte claudicaret, iuramentum
facit actum valere eo modo, quo po-
teſt. Bar. & cæt. in l. cũ pater §. filius ma-
17 trem ff. de leg. 2. † omnes namq; tam Ci-
uiliſtæ in d. §. filius, quam Canoniſtæ
in c. ad noſtram lo 3. de iureiur. & in c.
veniens, & in c. quanto eo. tit. concludũt
iuramentum vim habere clauſulæ, ꝙ nõ
valet, vt ago valet, vt valere poteſt, Mar.
Anton. Bauer. in tract. de virt. iuramen-
ti num. 1. vnde ſecundum Guidonem d.
18 conſ. 31. 3. car. † reducetur pactum illud
in vim donationis cauſa mortis, ſapien-
tis tamen, in eo quod reuocari non poſ-
ſit naturam donationis inter viuos per
ea verba, promiſerunt habere rata, grata
& firma, & non contrauenire, quæ ver-
19 ba ſunt donationis inter viuos †, & ſi
in donatione cauſa mortis etiam ſine
iuramento adponãtur illam irreuocabi-
lem faciunt, ſecũdum terminos l. ſi alie-
nam in fin. & in l. vbi ita donantur vbi
glo. & Bar. ff. de don. ca. mor. no. glo. in l.
ſeu interim in princ. C. de don. int. vir. &
vxor. glo. in l. 2. C. de iur. dori. Aret. conſ.
41. col. 2. quæ opin. verior eſt licet aliqui
contrarium ſenſerint, vt per Caſtre. cõſ.
98. in iſta donation. & ita conſulendo
plures doct. tenerunt Angel. conſ. 14. 1.
20 vol. Socc. conſ. 222. † ſed ſi iuramentum
apponatur, nullum dubium eſt, nam ir-
reuocabilis efficitur, etiam ex capite in-
gratitudinis, vt per Guid. vbi ſup.

Vlterius ſecundum ea, quæ tradit
Ang. in præalleg. conſ. etſi actus iſte de
per ſe alias nullus ad contractum nomi-
natum reduci non poſſet, reduceretur,
(vt valeat eo modo quomodo quo po-
teſt) ad cõtractum innominatum, cuiuſ-
cũq; ſit ſpeciei, vel propriè, facio, vt fa-
cias, vnde tollitur id, quod vltimo loco
dicebatur, nec reuocatio locum habebit
vt infr. dicetur.

Et retenta opinione, quod poſſit re-
duci in contractum donationis cauſa
mortis, vel inter viuos quatenus opus eſt
21 pactum hoc ſic reciprocè factum ſuper
futura ſucceſſione, validũ eſſe tenuerunt
Oltrad. cõſ. 139. ad habendum aliqua-
lem notitiã. Ang. in præalleg. ſenius cõſ.
& in l. hæreditatem ff. de bo. auth. iud.
poſſid. Io. Andr. in addi. ad ſpec. tit. de
inſtrumen. edit. §. porrò Alber. & Rom. in
l. actilius regulus de donat. Alex. cõſ. 82.
viſa facti narratione lib. 2. & conſ. 20.
ponderatis lib. 3. Cald. conſ. 1. tit. de do-
nat. Caſſan. conſ. 39. Marſil. Sing. 133.
quorum dicta omnia ob vitandam pro-
lixitatem obmiſſa ſatis comodè ad pactũ
huius donationis vertuntur, & cũ pactũ
ad donationem, vt diximus vigore iura-
menti vertatur, quod vim habet clauſu-
læ omni meliori modo, vt per Iaſ. latè in
§. item ſiquis in 4. effectu inſtit. de actio.

Hoc inſuper addendum eſt, vt noſtrã
22 quæſtionem perſtringamus, † Tria in eſ-
ſe in hoc contractu, quæ in legibus con-
trarijs, & in caſibus illorum, qui contra
conſuluerunt non ſunt, primum quod in
hoc facto, pactum eſt reciprocum, ſe-
cundum quia inter fratres non habentes
liberos tempore contractus, tertium, quia
fuit interpoſitum in conſequentiam al-
terius cõtractus liciti, ideſt perpetuæ ſo-
cietatis, & communis habitationis; leges
verò contrarię loquuntur ſimpliciter de
pacto futuræ ſucceſſionis, & doctores cõ
trarij licet illas ad pactum reciprocum
extendant, non tamen tractant, quando
alter contractus licitus præceſſiſſet, ſatis
aũt liquet omnia iura, quæ pactum ſu-
per futura ſucceſſione prohibuerunt, ex-
cipere caſum, quando is de cuius hære-
ditate agitur conſentit, at quis non vi-
det in reciproca promiſſione vnũquem-
que ex ſua parte conſentire? ſi ergo ex
traneus ſuper hæreditate mea paciſci
poteſt me conſentiente, cur ego hoc non
potero reciprocè cum altero paciſcen-
do, & conſentiendo.

Ex hoc namque conſenſu reciproco
23 ceſſabit votum captandæ mortis, quod
fuit in cauſa potiſſimum, vt huiuſmodi
pacta tollerentur, ſic conſiderat Mar-
ſil. in dicto ſuo ſingul. & particularius
Guil. ben in cap. Raynuntius ver. duas
habens filias num. 205.

Vel ſi aliquod votum captandæ mor-
tis remaneret, adhuc non remanet, eo
modo quo prohibetur, vt Angelus con-
ſiderat, nam videmus in iure quamplu-
res contractus de per ſe, & ſimpliciter
prohibitos reprocicè tamen factos ſub-
ſtineri, ſicuti de hoc pacto reciproce
interpoſito, & de donatione inter pa-
trem, & filium, & inter virum, & vxo-
rem, tenuit Marſilius quo ſupra loco ci-
tauimus.

Quandoquidem dum fratres filios
non habentes ſic reciprocè paciſcuntur
24 † non ſit vnius, quam alterius melior
conditio, ſed illud tantum conſiderant,
vt eorum bona in familia conſeruentur,
ob quam rationem Dec. in prædicto con-
ſil. firmauit, hoc pactum valere inter
nobiles, & magnates, & cum maxime
leges huic diſpoſitioni ne bona extra
familiam exeant fauerint, erit in hac
facti ſpetie maxime hoc amplecten-
dum.

Vlterius, pactum ſuper futura hære-
ditate acquirenda inter extraneos pro-
25 hibitum †, inter fratres nuſquam per le-
ges improbatum inuenitur, tum maxi-
mè vbi liberos tempore contractus non
habuiſſent, ſanè quod aduerſus ipſaſ-
met leges hæc improbatio fuiſſet, dum
enim fratres filios non habentes bona ſi-
bi inuicem promittunt ſub conditiooe ſi
liberos non reliquerint, nihil oovi à di-
ſpoſitione tam diuini, quam humani iu-
26 ris inducunt †; † ſcriptum eſt enim in
lege veteri numeri cap. 13. Homine ſine
liberis mortuo in fratres eius decurrat
hæreditas, & in gradibus ciuilis ſucceſ-
ſionis poſt ſuos prima cauſa eſt agnato-
rum, & inter agnatos primum locum
fratres obtinent l. vnica §. ſed in ſucceſ-
ſione ff. ſi tabulæ teſtamen. incongruum
ergo diceretur improbari pactum non
aliud continens, quam id, quod ius ip-
ſum diuinum, & humanum diſponit, ſi
caſus is eueniſſet, vt ab inreſtato, & ſine
27 liberis mortui fuiſſent †, vnde tollitur
obiectum de libera teſtandi facultate,
quoniam fratres ſic inuicem diſponentes
ſibi facultatem teſtandi non auferunt
ſed potius loco teſtamenti hæc diſpoſi-
tio haberi debet, in qua ſecundum iuris
diſpoſitionem diſponunt.

28 Tollitur, & aliud contrarium † de vo-
to captandæ mortis, quoniam hoc inter
fratres, aut alios conſaguineos non præ-
ſumitur, vt ſcribit Gul. Bened. in capit.
Raynuntius verſ. duas habens filias nu.
201. quod confirmatur alio modo, quo-
niam ſi votum mortis inter has perſonas
legum conditores conſideraſſent, non
diſpoluiſſent, quod ab inteſtato inuicem
ſuccederent, frater namque videns hæ-
reditatem alterius fratris filios non ha-
bentis ad ipſum inteſtati iure ſpectare,
eius vitam odio haberet, ac mortem op-
taret.

Vltimò, vt particularius præſens de-
ciſio firmetur dicimus vnum potiſſimum
in hoc caſu ineſſe, quod in alijs caſibus
ſuper quibus doctores ex aduerſo tra-
ctant non ineſt, quod etiam ſi cętera om-
nia ceſſarent, dubium noſtrum decidit,
& facit differre à regulis legum pro con-
traria parte inductarum.

Hoc, eſt, præcedentia alterius con-
tractus licitè, nempè ſocietatis omnium
bonorum contractę inter fratres, & com-
munis habilitatio, qua nihil dulcius in-
ter fratres iuxtà principium Pſalmi; Ec-
ce quam bonum, & quam iucundum,
29 † Ideo ex præcedentia alterius contra-
ctus liciti, validari hunc actum etiam,
quod alioquin fuiſſet illicitus non ab re
dixerimus, Ex his quæ congerit Socc.
in ſuis fallentijs, in regula incip. pactum
ſuper futura ſucceſſione non valet, dum
in tertia fallentia limitat non procedere,
ſi pactum veniat in conſequentiam alte-
rius contractus liciti, quod quidem par-
ticularius ante eum firmauerat, & adeo
in terminis, vt clarior deciſio deſiderari
nequeat, Maſuerius doctor, apud Gallos
maximè authoritatis in tit. de ſocietat. in
verſ. Item quando inquiens. Si in con-
tractu ſocietatis pactum adijciatur, quod
ſuper viuēs ſit hæres præmortui, pactum
valet, & ſuperuiuens capiet bona præ-

mortui

29 mortui vti hæres; † & dicitur hæres conuentionalis, hæc ille; ergo dato, quod regula in ſuis terminis procederet, ratione tamen iuramenti, promiſſionis reciprocè, fraternitatis, & præcedentiæ contractus firma remanet concluſio pactum inter fratres factum validum fuiſſe, ſubindeq́, filiam, & hæredem præmortui, bona patrui ſine liberis decedentis capere poſſe quod etiam, & ſi iura, aut leges non adeſſent, patet ex illis verbis (Altero ſine liberis decedente, bona ad ſuperſtitem eiuſuè liberos deueniant) ſpecialiter enim & vocata extitit, & in conuentione nominata.

Cui nec etiam obſtabit, nouiſſima diſpoſitio, quam fecit teſtator in vltimo ſuo teſtamento, in quo aliter de bonis ſuis diſpoſuit, quoniam per hoc teſtamentum reuocari non potuit prima di-
31 ſpoſitio † qnicquid dixit Berius d. decil. 204. multa enim obſcurè, tum ſibi ipſi contraria deducens, quod patebit ex proximè dicendis.

Namque aut contractus hic eſt nominatus, aut inominatus, ſi fuit nominatus (prout potius eſt dicendus, quoniam adeſt promiſſio de non reuocando, prout in ſimili dicitur de donatione cauſa mortis, quæ cenſetur in terminis, quando hanc clauſulam l. vbi ita de don. ca. mor.) hoc ſatis conſtat, non poſſe per pœnitentiam reuocari tex. gloſ. & Bar. in l. ſi pecuniam ff. de cond. ob cauſam, ſi verò eſſet contractus innominatus ſecundum opinionem Angeli in ſupra ſæpius citato conſ. vtique, & illud clarum eſt, etiam in contractu innominato pœnitentiam non cadere, re integra, ſi iuramentum appoſitum fuerit Bal. in capit. quæ in Eccleſiarum 10. col. de conſtit. Siculus in cap. iurauit de probat. Corſet. in rubrica de iureiurand. verſ. tertium priuilegium, Mar. Ant. Bauerius in tract. de iuramen. num. 25.

Et ſi diceretur, quod qui iurat non reuocare teſtamentum factum, ſi poſtea aliud fecerit tenet ſecundum, licet teſtator incurrat periurium, hoc nō adeo verum eſt, vt non poſſit adtentari, & ſubſtineri contraria opinio, quam tenuit ſpecul. tit. de inſtrum. editione. §. compendiosè 10. col. verſ. quid ſi quis iurauit. Oldr. conſ. 127. viſo inſtrumento Bal. in §. Item ſacramenta 5. col. tit. de pac. iuram firm. & alij quos cumulat Anton. à Petra in repet. l. 1. num. 314. ff. de iurarand. qui licet tandem concludat contrariam opinionem communiorem † fir-
32 mat tamen poſtea ita demum procedere reuocationem per ſecundum teſtamentum, ſi in eo expreſsè fiat mentio de priori teſtamento, & de iuramento in eo appoſito, alias inquit nequaquam ſufficere generales clauſulas reuocatorias, allegat nonnullos Bartoli locos, & conſilium Caſtrenſis 363. incip. in facto præſēti, & Bal. in l. Sācimus col. 1. C. de teſtam. & alios à num. 17. vſque ad 320. & Cotaſius in l. admonendi num. 46. ff. de iureiur. renuit verius eſſe quod de iure Pōtificio, & in foro Eccleſiaſtico primum teſtamentum iuratum non tollatur per ſecundum, niſi aliqua cauſa ſuperueniret, de qua teſtator in priori teſtamento non cogitaſſet.

Et dato quod in articulo iſto de reuocatione teſtamenti, verior ſit opinio, ꝙ poſſit per ſecundum, primum reuocari, tamen ad quæſtionem noſtram hoc adduci non poteſt, quoniam ſatis diuerſi ſunt termini, ratio enim, quæ fundat opinionem, quod primum teſtamentum iuratum reuocari poſſit per ſecundum eſt illa, quoniam iuramentum in primo teſtamento adpoſitum validat actum ſecundum naturam ipſius actus, hoc eſt ſecundum naturam teſtamenti, verum ſi aliud teſtamentum fuerit factum illud primum non eſt amplius teſtamentum, cum non ſit vltima voluntas, vnde non poteſt iam illum actum iuramentum validare, tamquam teſtamētum, verum ſi poneremus poſſe in iure inueniri plura genera teſtamentorum, hoc eſt teſtamentum inter viuos, & teſtamentum cauſa mortis, prout dicimus in donatione cauſa mortis iurata cum promiſ-

promiſſione non reuocandi, quæ reducitur ad donationem inter viuos, & ſubſtinetur, vt donatio inter viuos, non vt cauſa mortis; & ideo concludimus, quod quotieſcumque per ſecundum actum poteſt primum reuocari, id procedit in his, quæ dependent ex voluntate vnius vt in teſtamẽto, & legis latione, non autem in contractibus reciprocis, in quibus quæſitum eſt ius alteri ex contrahentibus, vt per glo. in reg. qui prior, de reg. iuris in 6.

Item ſi vera eſſet opinio Boerij dicẽtis poſſe hanc primam promiſſionem reuocari, licet reuocans ſit periurus, fruſtra diceretur iuramentum vim habere clauſulæ rato manente pacto, quæ eſt tantæ potentiæ, vt data contrauentione, poteſt peti poena remanente contractu in eius robore, Bar. in l. ſi quis maior C. de tranſact. & ibi latè Tho. Parpal. & Siculus inter repetentes, Iaſon in §. item ſi quis inſtit. de actio. in 11. effectu. iuramenti, qui dicit, quod iuramentum habet maiorem vim, & efficaciam, quam clauſula rato manente pacto. Et ita in hac quæſtione [illegible] eſſe cenſemus iuditio meliori ſemper ſaluo.

Finis Libri Primi.

IO. CAMILLI BILOCTAE I. C. DOCTISSIMI.

DE ABSOLVTIONE IVRAMENTI.

Liber Secundus

De Eccleſiaſtica, & Sæculari poteſtate ſuper iuramento. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio iuramenti ad Eccleſiaſticum Iudicem ſpectat.*

2 *Laici Iudices, vel Principes nullam habent ſuper iuramento poteſtatem in remittendo, abſoluendo, aut diſpenſando.*

3 *Opinio Iaſonis, & Caſſanei contrarium ſentientium reijcitur.*

4 *Gloſſ in l. adigere ff. de iure patronatus declaratur.*

5 *Limitatur regula prædicta, vt poſſint quandoq; Principes Sæculares ſtatuere ſuper iuramento.*

6 *Quod quomodo intelligatur, declaratur.*

7 *Statutum quod nõ interponatur iuramentum, an valeat.*

8 *Secundo Limitatur regula ſupra poſita, quando publica vrget neceſſitas, & naturalis ratio ſuadet.*

9 *Tertio limitatur in turpi iuramento, quod relaxari poteſt per Iudicem Laicum.*

10 *Quarto limitatur, vt poſſit Iudex Laicus declarare quem periurium incurriſſe, & hoc quomodo intelligatur.*

11 *Quinto limitatur, vt poſſit Iudex Laicus cognoſcere de ſubreptione, & obrectione habilitationis cõceſſa per Iudicem Eccleſiaſticum.*

12 *Et ſic fuit deciſum in Sacro Conſ. Neapol.*

13 *Sexto limitatur in foro contentioſo, nam in eo ad pœnam trangreſſionis poteſt Iudex Laicus procedere.*

14 *Thomæ Parpaliæ contrarium ſentientis opinio contra communem reijcitur.*

15 *In criminibus non merè Eccleſiaſticis poteſt etiam Iudex Laicus punire.*

16 *Si periurus à Iudice Eccleſiaſtico puniatur non ſufficienter, poterit iterum puniri à Laico.*

SVPERIORE libro multa sũt à nobis expoſita, quæ ad generalem vtriuſque noſtræ abſolutionis cognitionem pertinere videbantur: Alius nũc conſequitur liber, in quo de facultate ſuperiorum, qui eas concedunt abſolutiones, alijſq; minutioribus ſpeciebus diſſeramus. Ac primum, vt in vniuerſum liqueat quorũ ſit hæc facultas, generalius ſtatuendum eſt. Spiritualitatis intuitu, quam ſecum annexã fert iuramentum Eccleſiaſticę iuriſdictionis hoc eſſe officium, vt vtamur argumento

Bonifa-

Bonifacij in cap. ſi Iudex Laicus de ſẽt. excom.lib.6.inibi. (Ad Iudicem Eccleſiaſticum,quia de re Eccleſiaſtica, & ſpiritali cognitio pertinebit) officium vero idcircò diximus, ꝙ nulla actione præcedente, ſed mœro Iudicis officio abſolutio, vt plurimùm impartitur, quod nos ſuo loco explicabimus. Ad comprobandam hanc noſtram concluſionem pertinent præcipuè notata per glo. in c. cum ſit generale de foro competen. quæ inter crimina ſpecialius Eccleſiaſticæ cognitioni ſubiecta periurium enumerat; arg.tex.in cap.cum contingat de iureiuran. & clarius quam alibi colligitur ex cap. venerabilem propè fi. de electio.ibi Vtrum verò dictum iuramentum ſeruãdum,aut non ſeruandum extiterit,nemo ſanæ mentis ignorat,ad noſtrũ iudicium pertinere) Ideóque latius adnotarunt Hoſtien. in cap. tuam de ordi. cognitio. Abb. in cap. ſignificaſti primo nota. de pigno.& paſſim ſcribentes in cap. fin. de foro competen. lib. 6. Quamobrem ſæculares leges de iuramenti viribus diſponentes nullas eſſe ob defectum poteſtatis,& iuriſdictionis,nemo eſt qui neſciat aſſeruntq́ue id nuncupatim.Caſtren.Salyc. & Iaſ. in authen. ſacramenta puberum col.pen.C.ſi aduer.vendi.atq; inibi notanter inquit Humbertus ſuccumbere legem ciuilem in materia iuramenti, cuius tractatio tota penitus animarum periculum continet,cap.licet de iureiur.
2 lib.vi.ibi nos animarũ periculis † : Ideoq́ue optima ratione conſtitutum laicos nullam habere ſuper iuramentis poteſtatem,vt Alex. ſcribit conſ. 59. viſo inſtrumento lib.1.& Neuizza Aſten.conſ. 66. num. 37. Cumq́ue ſoli Deo ſubſit anima,quę principaliter in ipſo iuramẽto inuoluitur, nec Principẽ ſæcularem, nec alia laicorum ſtatuta iuramentum remittere,aut abſoluere,aut quomodolibet diſpẽſare poſſe:Alex. lib.1.conſ.225 Quod eſt repetitum lib.3. conſ. 53.col. 6.& lib.4.conſ.102.col.fin. & lib.5.cõſ. 100. Curtius Senior qui de Rege Francorum loquitur conſ. 43. latè Neuizzanus conſ.77.num.13.Affli.deciſ. Neap. 5.nu.11. & iterum in conſtitutione Regni conſtitutionem diuæ memoriæ nu. 41. & ſequen. Adde quod Ioan. Andr. ſcribit in cap. tua nobis lo primo de decimis,quod omnes leges , quæ ſtatuunt iuramentum nõ eſſe ſeruãdum ſunt correctæ, quia laico non pertinet diſpoſitio ſpiritualium quæ omnia adeò vera cenſentur, vt ex hac ratione, quod iuramẽti,& periurij cognitio ad Eccleſiaſticum Iudicem ſpectet,cauſam quoq; adulterij ad Eccleſiaſticum Iudicem Canones detulerũt : nempè quod in matrimonio iuramentum interueniat , & cum de adulterij crimine agitur,neceſſariò,& de periurio cognoſcitur , vt ſpeculator licet obter, & per trãſennam aduert. in tit.de compe.Iud.adir.§.generaliter nu.1.
3 Hæc cũ ita ſint, mirari nõ deſinimus cur tã diù ſe inuoluerint noſtri in quæſt. illa , vtrum poſſint ciuilis lex , aut Princeps ſecularis, aut alia laicorum ſtatuta iuramentũ remittere, ac eo magis quod Iaſon author alioquin probatiſſimus , & multæ lectionis, periculoſam hãc diſputationem dixerit, in l.fin. ff. qui ſatiſda. cuius ſcripta ve.batim ferè, vt in multis Caſſan. (amantiſſimus in hoc ſui præceptoris diſcipulus) tranſcripſit in conſuet.Burgun.rub.3. tit.le mari.§. 7.verſ. ſuppoſè nu m. 46. cum alijs quindecim ſequenti. Cum enim duplex oriatur obligatio ex iuramento , vna qua Deo ob ligamur , quæ primaria dicitur, altera quæ parti quæritur, ſecundaria appellata ; Si de illa prima obligatione tractemus, quis erit, qui ſtatim non intelligat nullam eſſe ſuper ea ſæcularis Principis poteſtatem ; nihil enim in hoc ſtatui poteſt, quod peccatum excludat, & periurium remittat, prout latè firmat Butr.in capit. cum contingat in 5. caſu de iureran.Caſtren. conſ. 61. notandum eſt lib. 2. quo loco Bartolum impugnat in eo quod voluit in l.omnes populi ff.de iuſt. & iur. per hæc ſtatuta,quæ contractum, & iuramentum annũllãt, etia peccatum excludi , hoc enim nuſquam iura canonica ſta-

ta ſtatuerunt: Et ideò ſi ciuilis lex Princeps, vel ſtatuta laicorum aliquem contractum improbent, ac etiam expreſsè iuramentum annullent, non poſſunt hãc primæuã obligationem tollere, pro qua poterit iurans ſi abſolutus non fuerit coram Eccleſiaſtico Iudice compelli, vti latius Butrius firmat in cap cum contingat, num. 8. propè 9. de iureiuran. Alex. conſ. 100. lib. 4. & conſ. 18. lib. 6. & iterũ conſ. 151. in tertio caſu lib. 7. Aret. qui ità quoque diſtingit conſ. 22. propè fin.

4 †. Cùm itaque hoc iuramenti vinculum quod ex primaria illa obligatione cauſatur, ſoli Eccleſiæ ſit reſeruatum, numquam nobis ſuaderi potuit, quod gl. nõtat ex illo tex. l. adigere ff. de iure patrona. legem ciuilem in remittendo iuramento, vim habere Apoſtolicam: Quemadmodum neque id quod adnotarunt alij ex l. Imperatores ff. ad municipal. poſſe Principem iuſiurandi gratiam facere; Cum enim leges illę, & alia ex qua idipſum deducitur in l. fin. ff. qui ſatiſda. cogan. ex iure conſultorum reſponſis manauerint, qui Chriſtianæ religionis fuerint penitus expertes: & quo tempore nulla erat quantum ad iuſiurandi remiſſionem profanarum, & ſpiritualium rerum diſtinctio, neſcimus vnde ſomniũ hoc & figmentum Azo induxerit, ſiue Accurſius, ſeu quiſquis alius fuerit gloſator, quo errore, & alij plerique ſunt lapſi, inter quos Vitalis in tract. clauſul. propè fi. operis, qui alia iura ad id pertinentia congeſſit: ridiculum quidem ex gentilium legibus id adnotari, quod ad Pontificia iura ſpectabat, quæ tametſi non dedignentur ſacras interdum leges imitari, nuſquàm tamen ſecularibus poteſtatibus animarum curam demandarunt: Id quod eleganter aduertit, & ſequitur Ioan. Rupellan. foren. inſti. lib. 1. cap. 33. propè fin. falſa ergo apud nos Theſis iſta, legem ciuilem vim habere Apoſtolici: Falſum item, & illud: poſſe ſine abſolutione iuramentum contemni, quod à lege, Principe, vel ſtatuto remittitur. Quod & ipſe quoque Caſſaneus conſentit quo ſupra loco citauimus nu. 55. concluditque neceſſariam eſſe abſolutionem, quia licet cõtractum iuratum lex annullet; non idcircò periurium tollit: quod ante voluit Feder. conſ. 262. & Luc. à Penna non rectè in hoc ab Afflicto reprehenſus, in l. nulli C. de fun. patrimo. lib. 11. Imo. & cet. in ca. cum contingat, de iureiurand. Idem Imol. conſ. 74. in caſu præmiſſo Alex. conſ. 30. viſa petitione lib. & col. 3. & conſ. 38. viſo proceſſu lib. 4. & conſ. 97. videtur prima facie col. fi. eo. lib. 3. & conſ. 137. viſa, qualiquali petitione, num. 18. li. 6. Quibus in locis gloſam prædictam ex multis argumentis reprobat, & demùm intelligit altero ex duobus modis poſſe gloſã illam ſaluari, vel quòd intelligatur quãdo iuramentum eſſet contra publicam vtilitatem, vel vt verificetur, in l. canonica: ſed primum latè nos in proprio capite de legis prohibitione declarauimus: Secunda verò ſaluatio procedere non poteſt, quia glo. ſuper l. ciuili fundatur, nec aliquod dubium de lege Pontificia poterat oriri, quin iuramenta remittere potuiſſet, & qui opinionem hanc tenuerunt, quòd lex ciuilis vim habet Apoſtolici, omnes ad gloſam illam velut ad ſacram anchoram recurrunt.

5 Sin autem de ſecunda iuramenti obligatione diſcutiendum ſit, quæ parti quæritur, poſſunt quidem Princeps ſæculares, & laicorũ ſtatuta diſponere, ne ſubditi niſi cum certa ſollemnitate contrahant, aut aliàs contractum aliquem prohibere, hoc adiecto, vt nec iuramento conualidetur, vel quod præſumatur in huiuſmodi cõtractibus vis, dolus, aut metus, ſicuti ſupra in priori libro de ſtatuto vrbis vidimus, & ſcribit Feder. de ſeni. conſ. 239. ſuper quinta, de ſtatuto Peruſij, quod poterat priuare habentem actionem ex iuramento, licet iurantẽ liberare non poſſet Roman. de Prouintia Marchiæ cõſ. 12. viſo facto, Curt. Iunior de ſtatuto Tridenti. conſ. 119. nu. 6. Gozadi. de ſtatuto Bononiæ cõſ. 15. & multa Caſtren. conſ. 61. li. 2. & Iaſ. conſ. 144.

K lib. 4.

lib.4.Ruin. conſ. 56.col.fi. lib.5.qui dixit,quod poteſt ſtaturum diſponere,vt contractus non faciat fidem, etiam ſi in eo
6 eſſet appoſitum iuramētum † hoc enim caſu vires iuramenti non tolli, ſed fides inſtrumēti annullatur,id quod &,noſtræ ſanctiones in pragmatica Velleiani, & filiorum familias ſtatuerunt. Verùm in hac fictione, & præſūpto dolo, quæ per laicorum diſpoſitiones inducuntur, duo ſunt præcipuè aduertenda. Primū quod tametſi nullus ſit is contractus, & inualidus, propter legis reſiſtentiam: lex tamen ciuilis ſuper iuramento de directò non diſponit,nec illud remittit, ſed hoc tantum iubet, ne ex tali iuramento contra legis prohibitionem præſtando ius aliquod parti queratur:dolum,fraudem, & metum præſumendo: ex qua diſpoſitione hoc ſequitur, vt ſi excipiatur à iurante de nullitate contractus,vt potè cōtrà legis prohibitionem, non poterit de iuramento replicari. Bal. in l.pactum C. de collat. q. 5, & 11. & alij relati ab Alexan.conſ.151.paulò ante citato,quod ſi vlterius lex procedat, annullando etiam iuramentum,hoc non poteſt, quia ſicuti Alexand. concludit in præcitatis conſilijs, tenetur adhuc iurans ſpirituali vinculo iuramenti, quod ſine abſolutione Eccleſiæ nunquam tollitur, quod & Corneo viſum fuit conſ. 252. lib.4. per totum.Rectius ergo Fely. ſentijt in cap. Eccleſ. Sanctæ Mariæ num.66. in 8. declaratione de conſtitutio. quod ſi principaliter lex ciuilis ſuper iuramento diſponat, nec directo, nec præſūmptiuè, ſeu per fictionem hoc poſſe, ſecus ſi ſuper actu principali, cui ſit ſpiritualis actus annexus, & ita hoc inibi Panormita. intelligit, & Bartolum ſaluat, quem ex Caſtrenſe impugnauimus: Sequitur Socc.conſ.139.præſentis conſultationis difficultas, & conſ. 279. viſa donatione facta verſ. circa primum lib. 2.cum alijs multis quos remiſſiuè Fely. citat in d. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ num.66. Quantumcumque ergo lex ciuilis,aut Princeps diſponat, vides iam lector numquam verum eſſe,quod iuramentum tollat,ſed cognitionem illam ſuper validitate, aut nullitate contractus verſari,quę contrahentium perſonas in foro tantum con-
7 tērioſo reſpiciunt.† Hinc & rectè ſentijt Forru.de vltimo fine iur.num. 374. iure non ſubſiſtere Statuta Parmæ,Papiæ, & Paduæ, quæ præcipiunt non eſſe ſeruanda iuramenta, ſubdens quod Imperator eo conſultore ita non præcepiſſet, atque ideò conſultius editam fuiſſe legem Hiſpanam in Regno Caſtellæ,quod Notarij non debeant interponere ſacramentū, quia illa interdicit ne interponatur, non autem vt non obſeruetur:Verum an & illa lex valuerit indirectò modo de iuramento diſponens auſus nō eſt Fortunius diſputare; Similis etiam obſeruātia prohibendi Notarios ne in cōtractibus iuramenta addant habetur in partibus Galliæ,vt teſtatur Guil. in rep. cap. Raynurius ver. duas habens filias num. 247. ſubdens fuiſſe per arreſtum parlamēti Pariſijs declaratum, quod Epiſcopo Tholoſano, tunc conquerēti nō fuerat facta iniūria per Vicarium Regium Tholoſanum, qui inhibuerat Notarijs Regijs,quod non apponerēt iuramētum in contractibus, ne per indirectum ſpiritualis iuriſdictio occaſione iuramenti temporalē abſorberet,pro qua tuenda dicit ipſe poteſt Iudex ſæcularis inhibere, Verum in hoc quoque modo inhibendi, ſeu prohibendi Notarijs aliam diſtinctionem addit, vt tunc poſſit fieri quando contractus etiam ſine iuramento validi eſſe potuiſſent, ſuper qua vltima diſtin.cogitabis.
8 † Secundò eſt aduertēdum, ità demùm poſſe leges ciuiles, & ſtatuta ſecundariā obligationem iuramenti tollere, & ſolemnitates inducere, ſine quibus dolus, & fraus in iuramentis præſumatur, ſi aliqua publica neceſſitas vrgeat, & naturalis ratio id ſuadeat, quod plerumq; in contractibus minorum contingere ſolet, & vidimus nos in pragmatica Vellaiani, & filiorum familias, quæ ſanctiones quanto fuerint Reipublicæ adiumento

neceſ-

nemo eſt, qui non viderit, plerią; etiam experti, Sin autem nulla ſubſit iuſta cauſa ita ſtatuendi, non poterit, nec iſta ſecundaria obligatio tolli: non enim ſufficit, quod ſimpliciter ſtatuentes dolum aut deceptionem præſumant, ad euertẽda iuramenta: quoniam ſi hoc poſſent, aperta iam eſſet via tollendi Iuramenta, ità Bar. in l. omnes populi ff. de iuſtitia,& iur. Bal. in authen. ſacramenta puberum,& in corpore vnde ſumitur,& in l. non dubium C. de legib.& in l. nec patronus C. de ope. liber Butr. in cap. cum contingat in quarto caſu. Roman. plenè in conſ. 12.& multa Alexan. conſ. 38. col. fin. lib. 3. Ex quibus locis nonnulla in hanc rem obſeruationi digna Abſolutionis Iudex excipiet, qui hoc quoque in abſoluendo aduertet, vt ſi periurium iàm ſit incurſum pœnitentiam iniungat pro temerario iuramẽto, quam nonnulli ad inſtar mortalis peccati ſtatuerunt, inter quos Butr.& alij plerique in ca. cum tua nos de iureiurand. quod nos ex varietate contrahentium, abſoluentis diſcretioni remittendum putamus, hoc vnum adijcientes, illud iuramenti vinculum, quod in iurante remanet ex primaria, quam diximus obligatione perſonale eſſe, nec ad hæredes pertranſire, ideoque eo mortuo periurium aliquod hære dem non incurrere, cum nullo iuramento ligatus fuerit, quod plenè Alex. proſequitur in d. conſ. 151. quicquid Butr. in hac ſpetie ſenſerit in d. cap. cum contingat, quod nos ſuo capite explicabimus. Hæc omnia ſi ità intelligantur nullum iam ſubeſt in ea diſputatione periculum, ſicuti Iaſoni viſum fuit, quinimò deſinent ſaxum voluere, qui hactenus in contrariam partem exſudarunt, verum quoniam conqueritur, nihilominus tota die Canoniſtæ immitti ſæpiùs in eorum meſſem Ciuiliſtarum falcem, ſunt adhunc aliquot caſus à nobis expendẽdi, in quibus per indirectas quaſdam cognitiones,& declarationes ſuper iuramento,& illius abſolutione ſæculares ſe Iudices immiſcent.

9 Primus caſus cõſtitui poteſt, ſi Iudex ſæcularis eum qui turpe iuramentum recepit, ad illud relaxandum compellat, quod ſatis probatur ex his, quę ſcribunt Anchar. cap. Canonum ſtatuta 11. quæſtio principali verſ. quid dices de conſtitutio. Abb. conſ. 8. Laurentia mulier lib. 2.& poſt eos Fely. in cap. 1. num. 22. de iureiur. dicens hoc in ſpetie ſenſiſſe Feder. de ſenis conſ. 172. eumque ſequutum fuiſſe Ludo. Rom. ſingul. 105. voluit allegare 492. quod incipit vbi tale iuramentum, quo loco fundauit Ludouicus hoc dictum ex cap. licet mulieres,& cap. cum C. laicus de foro competen. lib. 6. in quibus colligitur Iudicem ſæcularem ſatis eſſe competẽtem ad cogendum partes ad obſeruãtiam iuramẽti, ergo dicebat ipſe, Idem erit quando cogit partes, vt turpe iuramentum relaxent, vt cum Romano dicente ſe ita ſæpius conſuluiſſe, ac iudicatum vidiſſe, ſimpliciter Felyn. tranſit in d. cap. 1. Immemor tamen ſe aliàs de hoc ſingulari dicto Romani dubitaſſe, ea dubitatio eſt in cap. cum ſit generale 6. col. in 3. limit. de foro competen. vbi dixit nuſquam conſilium Federici à Ludouico citatum reperiſſe, dubiumq; ſibi videri argumẽtum ab illo deductum ex d. ca. licet mulieres, quippe cum obſeruatio iuramenti,& relaxatio non à pari procedat, illã etenim cauſæ cognitionem non requirere, hanc verò per quam inuitus quis ad relaxandum iuramentum compellitur, neceſſariam cauſæ cognitionem ſecũ ferre, quæ eo conſiſtit, vt an iuramentum turpe ſit, atque ideo relaxãdum cognoſci oporteat; Hæc Fely. nos autem Felyni diuerſitatem concludentem non videmus, hæc enim cognitio, quam ipſe cenſuit neceſſariam in coactione ad relaxandum, turpe verum ſit, an non turpe iuramentum, vtiq; & in cogendo partes ad obſeruantiam, adeò neceſſaria eſt, vt an non,& illud illicitum fuerit, ante omnia ſit animaduertendum, cum cognitio, cum ad ſæculares Iudices nõ ſpectet, verius arbitramur vtriq; capiti huius conclusionis

cluſionis ità locum fore, ſi notoriè, in priori caſu licitum, in ſecundo autẽ turpe appareat iuramentum, atq; ita nullo habito diſcrimine poſſe partes à laico Iudice cogi, vel ad relaxandum, vel ad obſeruandum iuramentum; quæ diſtinctio ſatis apertè comprobatur ex his, quæ ſcripſerunt Abb. in d.cap. cum ſit generale de foro competen. & Gemin. in d. cap. cum C. laicus dicentes ità demum competentem eſſe ſæcularem Iudicẽ ad compellendum pro obſeruãtia iuramẽti ſi conſtet illum licitum eſſe, qua diſtinctione retenta, dum caſus incidiſſet in noſtro ſupremo conſilio de relaxatione iuramenti per metum extorti hac potiſſimum ratione, quod de vi, metuq; iam detectis legitimè conſtabat, ſic iudicatum fuiſſe refert Afflict. deciſ. 263. pro quibus multa copioſè, & eleganter ſcribit Marcus Antonius Natta conſil. 166. num. 22. & 23. & conſ. ſequenti in prin. vbi quoque adiecit etiam ſi non petatur hæc relaxatio ab eo, qui iurauit, vel petere prohibeatur debet ex officio Iudicis, adhuc creditorem ad relaxandum compellere ex his, quæ notant glo. Bar. & cæteri in l. vbi pactum C. de tranſactio. inter quos Iaſ. multis oſtendit exẽplis poſſe plurima Iudicis officio expediri, quæ ad petitionem fieri prohibentur.

10 Secundus eſt caſus in Iudice, qui declarat aliquem periurium incurriſſe ſi enim in hoc, non iuris dubium, ſed ſola facti quæſtio verſetur, competens erit ſæcularis Iudex, quandoquidem ſatis eſt conſtitutum per leges ciuiles varijs pœnarum generibus puniri periurium l. 1. ff. ad ſenſ. conſ. Turpil. l. ſi quis maior, vbi latè Parpalia. Cagnol. & Mantua. C. de tranſact. quòd ſi punire poteſt, quod eſt conſequens; neceſſum eſt, vt & id poſſit quod antecedit, nẽpè, vt & cognoſcat, & declaret, ità ſingulariter voluit Lud. Rom. quẽ Fely. ſimpliciter ſequitur ſingul. 420. incip. ego corã magnis Doctoribus, ex his quæ ſcribit Butr. in c. cum ſit generale de for. cõpet. & in cap. tuum, vbi Abb. de ordi. cognit. Io. de Selua in tract. de iureiur. par. 4. principali q. 5. & alij multi relati ab Alexan. in l. Titia num. 16. ff. ſolut. matr. & faciunt quæ infra dicemus de pœna tranſgredientis iuramentum, verum vt poſſit ſæcularis Iudex ſuper hoc facto declarare, Intelligas lector quoties factum abſtractum ſit penitus ab omni ſpiritualitate, vt ſcribit Bal. in d. l. Titia; nam ſi aliquod incidens occurrat, quod ſpiritualitatem ſapiat, eſt omninò ad Eccleſiaſticum Iudicem cognitio remittenda, quemadmodum de matrimonio, periurio, vſura, & alijs concludunt Bar. Aret. & cæt. in l. omni C. de Sacroſanct. Eccleſ. Bal. in l. filij vbi de quæſtione matrimonij, ff. de his, qui ſunt ſui, vel aliæ, iur. lapſus qui de vſura tractar allega. 57. 58. & 75. alijque cumulati à Paul. Pariſ. in addit. ad Bar. in d. l. omni poſt Aretinum, qui multa contra Bart. deduxit, ſed Bar. in pleriſque defenditur à Pariſio, quem ad ſaturitatem in hoc ſcripſiſſe competies, quo nam pacto ſit intelligendum, quod tota die dicimus, incidens ſpirituale ad Eccleſiaſticum Iudicem remittendum, multaque ex illo excipies, ad ea quæ Doctor. tradunt in d. l. Titia.

11 Tertius caſus poteſt ſæcularis Iudex cognoſcere de nullitate abſolutionis iuramenti ab Eccleſiaſtico Iudice conceſſe, quoniam licet aliàs teneatur Eccleſiaſtici Iudicis ſententiam exequi cap. 1. de offi. ordin. glo. in l. Epiſcopalis dignitas C. de Epiſcop. & ſi requiſitus non obtẽperauit pro excommunicato habeatur, vt ſcribit Archidiac. in c. 1. de ſtatu regul. libr. 6. ſi tamen de illius ſententiæ iniuſtitia ſciat, vel ſuſpicetur, exequi nõ debet, nec ſuum bracchium impartiri ſecundum Innoc. in c. Paſtoralis §. 1. de offi. delega. Io. And. in c. cum in iure eo. tit. & in c. 1. de offi. ord. Anchar. in conſ. 382. incipien. retento ordine, & poſt hos Felyn. in ſæpius citato cap. cum ſit generale 6. col. verſ. 5. limita, de foro competen. & ideo inquit Bar. in l. diuus ff. de cu-

de cuſto. reorum, quod in hoc caſu poteſt ſæcularis Iudex ſummatim cognoſcere id, quod aliàs cuilibet ſimplici, ac mæro exequutori conceſſum vidimus, Bal. tamen contrarium ſentit in authen. clericus C. de Epiſcop. & cler. ſed Bartoli opinio comprobari, ac declarari poteſt, ex his quæ ſcribit Iſer. in prima cõſtit. regni poſt mundi machinam, atque ibi Afflictus latiſſimè de imploratione bracchij ſæcularis, & Gundiſſal. in tract. de hęrer. quæſt. 19. vbi tractat de exequtione ſententiæ contra hæreticum ab Eccleſiaſtico ad ſæcularẽ Iudicem demandata, & firmat non videri in hæreſis cognitionem ſe intromittere, ſi de nullitate ſententiæ cognoſcere velit hoc quoq; ſubdens, quod ſi ab Eccleſiaſtico Iudice cogeretur per cenſuras, aut aliàs pœnas, debet illas potius humiliter tolerare, quàm iniuſtam ſententiam exequi, ſed de hoc vltimo dicto Gundiſſal. ſatis dubitamus ne & ipſum erroneũ ſit, ideò nequaquam admittẽdum, quoniam ex diametro pugnaret diſpoſitioni cap. ſtatutum lo primo, & in cap. vt Inquiſitionis S. prohibemus de hæret. lib. 6. poteſt tamen ſæcularis Iudex de notoria nullitate ſententiæ matrimonialis ab Eccleſiaſtico prolatæ cognoſcere, quia hoc merita cauſæ nequaquam tangit, nec ſpirituale Iudicatur, vt firmat
21 alijs citatis auctoribus Phil. Fran. in cap. dilecto quæſt. 28. verſ. poſtremò limita de appellat. † ex quibus, ac præſertim ex ſupracitato Ancharani conſilio ſpeciatim hoc quod agimus deciſum fuit in ſupremo noſtro conſilio Neapolitano poſſe ſæcularem Iudicem de ſubreptione, & obreptione habilitationis iuramenti cognoſcere, vt refert Afflict. deciſ. 200. num. 9. per quam deciſionem idem conſulendo firmauit Paul. Pariſ. conſ. 43. num. 31. & conſ. 96. in præſenti cauſa numer. 93. & 94. lib. 1. Aymo. Crauer. de obreptiõne tractans conſ. 15. Eymondus Breccius num. 11. Soccin. conſ. 83. num. 16. lib. 4. Veronenſis cautela 102. incip. in multis contractibus, Hippol. ſingul. 367. incip. nemo prudẽs. Roladus à Valle conſ. 34. nu. 10. & ſeq. qui dicit ità ſæpiſſimè practicatum in Senatu Montis Ferrati, & moder. Venuſi. qui alia nõ nulla ſcribit in ſpecul. aureo. par. 4. diſtinct. 11. num. 4. verſ. 9. non poteſt Iudex ſæcularis cognoſcere de nullitate abſolutionis iuramenti, & noſtris temporibus in cauſa Io. Thomaſij Monaci cum magnifico Io. Ramires, ſacrum conſilium ſub die 5. Iul. 69. decreuit non eſſe audiẽdum tamquam periurum, Pontificis abſolutione non obſtante, tametſi motu proprio lite pendẽte, & gratia conceſſa fuiſſet, eo quia in ſupplicatione licet expreſſum fuiſſet litẽ motam, & periurium incurſum, non tamen expoſitum fuerat, quod ſacrum conſilium iã ſuper expoſitione periurij pronuntiauerat, ideo ex obreptione nulla fuit declarata, Act. Io. Portius.

13 Quartum addimus id, quod ſuperius polliciti ſumus, ſi agatur in foro contentioſo ad pœnam tranſgredientis iuramẽtum; conſtat namq; liquido poſſe ius ciuile, ac ſæculare legem ſtatuere ſuper puniendis periurijs, quod ámplè proſequitur Fortunius de vltimo fine iuris. illat. 28. & Couarruuias in Epitome ad quartum librum decretal. par. 2. cap. 6. num. 20. & alibi Doctores ſæpiſſimè; nimirum igitur ſi vterq; Iudex ſæcularis ſcilicet, & Eccleſiaſticus periurium vindicare poſſunt, ꝙ apertè concludit Bal. in tit. de pace conſtan. S. vaſſalli noſtri num. 2. Felyn. in cap. 2. col. 9. verſ. 2. limita: de
14 ſponſal. & Guido Papę quæſt. 178. & licet Thom. Parpalia in præcitata l. ſiquis maior, aliqualiter in hac cõcluſione dubitaſſet, communẽ tamen eſſe, & Eccleſiaſtici, & ſæcularis Iudicis cognitionẽ illam teſtatur inibi Hieron. Cagno. nu. 88. magis cõmuniter teneri, idq; Romano placuit conſ. 512. quo ad primũ col. pen. & Bal. in tit. de pace Cõſtãtiæ S vaſſalli noſtri, verſ. ſed hic quæro, vbi allegat tex. in auth. de manda. Principi S. ſi verò Canonicũ collat. 3. & ſequitur Mãtua. Patavi. locorum communium lib. 3. cap. 49.

cap. 49. in quo multa ſcribit ad materiã d. l. ſiquis maior quibus adde Calder. conſ. 3. ſub tit. de Iudi. & foro competen.
15 qui de periurio ſpeciatim loquitur †, ac generalius concludit, quod quotieſcunque crimen nõ eſt mere Eccleſiaſticum, vt hæreſis, & ſimilia, poteſt Iudex laicus punire, quia illa delicta ſpiritualitatem non includunt, nec vera eſt poſitio, crimen eſt Eccleſiaſticum, ergo prohibita cognitio Iudici ſæculari; cum in mixtis vtriuſque ſit cognitio de iure, vt comm. ſcrib. in capit. cum ſit generale de foro competen. quod & Ioan. And. notat in d. cap. cum ſit generale, & fuſius proſequitur Io. Igneus in rep. l. neceſſarios §. non aliàs num. 518. ff. ad 5. conſ. Syllan. ſubdit autem Mantua. quo ſupra citauimus, huic concluſioni locum non eſſe, ſi is qui de periurio reus arguitur clericus fuerit; indiſtinctè enim eo caſu contemplatione perſonæ Eccleſiaſtico Iudici cognitionem remitti.

16 An autem ſi puniatur ſemel periurus ab vno ex his Iudicibus, Eccleſiaſtico ſcilicet vel ſæculari, poſſit iterum ab alio pro eodem delicto mulctari, Abb. & Felyn. in cap. de his de accuſatio. de crimine blaſphemiæ, & adulterij tractantes, quorũ criminum vtriuſq; Iudicis eſt cognitio de iure tenuerunt poſſe à Iudice ſęculari iterum puniri, ſi ciuilis pęna Eccleſiaſticã excedat; in qua iam p Eccleſiaſticũ mulctatus fuerat, prout in ſimili conſuluit Ludo. Roman. conſ. 375. de monacho, qui coniugatam, atque ob id fuerat à proprio Abbate iuxta clauſtrales regulas punitus, ſed inſufficienter, inſpectis pœnis Canonum, Ideoque concludit potuiſſe ab Epiſcopo iterum caſtigari, quod etiam voluit Abb. in cap. ſtatuimus de maledic. vide autem in hac quæſtione Bal. in l. cunctos populos col. 9. C. de Summa Trini. Luca à Penna in l. nemo in 7. quæſt. C. de curſu publico lib. 12. Afflict. in conſtit. ſiquis in poſterum numer. vltim. & in conſtitutione Maieſtati noſtræ, vbi ſpeciatim de periuro tractat, & multa in tit. quæ ſint regal. in verſ. contrahentium inceſtas nuptias & in conſtitutione, patarenorum num. 56. & 57. quo in loco latius quam alibi.

His modis inquit Felyn. poſſe acceptari animoſa, & inſolẽtia verb. Bal. in l. 1. in 1. col. verſ. modo ſolet dubitari C. de oper. liber. vbi dixit, ꝙ cognoſcere de iuramento in contractu ſimulato adpoſito. illudq; relaxare, non eſt propriè relaxatio, ſed declaratio, proindeq; poſſe licito iure ad ſæcularem Iudicem pertinere, quamquam Canoniſtæ (inquit ille) hoc tamquam dubium ad ſuum molendinum trahant, ſic etiam, & idẽ Bald. voluit in l. nec patronus C. eo. tit. quod quando lex ipſa ſimulationem præſumit nec hominis probatio requiritur, neceſſarium nõ eſſe Epiſcopum adire pro abſolutione iuramenti; nullum etenim hoc caſu fuiſſe iuramentum, quod nos ſuperiore libro latius explicauimus.

Quomodo Iudex Eccleſiaſticus abſolutione petita ſæculari Iudici inhibeat. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Errant practicantes in hoc articulo, & unde cauſetur error aduertitur.*
2 *Iudex cauſæ præparantis, quãdo ſit Iudex cauſæ præparatæ, & nu. 3.*
4 *Tunc poteſt Iudex Eccleſiaſticus inhibere, quando de totali relaxatione agitur, & liquet de iniuſtitia iuramenti.*
5 *Inhibitio non reuocat exequutionem iam factam.*
6 *Nec in fauore fideiuſſoris operatur.*
7 *Exceptio periurij, quando ad merita reſeruetur per Iudices laicos.*

RVRSVS poſt-
quam eos ſco-
pulos appuli-
mus, in quibus
de ſæculari, &
eccleſiaſtica po
teſtate neceſſa-
riò diſputandũ
fuit, antequam
hinc diſcedamus. Aliud eſt à nobis con-
cordandũ diſcrimen, quod ſæpiſſimè inter
Eccleſiaſticos, & Sæculares Iudices de-
ducitur, quando abſolutione conceſſa
intendit Eccleſiaſticus ſuper ipſo quoq;
principali cõtractu procedere, ita vt in-
terdum ſæculari Iudici inhibeat; pars
verò, quæ iuramentum recepit remitti
ad ſæcularem curiam principalis con-
1 tractus cognitionem petit †, quod vt cer
tè frequentius in facto deducitur; Ita in-
numeris erroribus inuoluuntur practi-
cantes, quod iam in ciuitate Beneuenti
aduertimus, In qua dum quoſdam vidiſ-
ſemus ea in re, audacius, quam par eſſet
obſtrepere, fuit hoc in cauſa præcipuũ,
2 vt præſens tractatus collıgeıetur †, Hu-
ius verò erroris origo ex regula illa ma
nauit, quæ non rectè in hoc percipitur,
Iudicem cauſæ, ſiue Iuditij præparantis
eſſe Iudicem iuditij præparati de qua
in l. ordinarij C. de reiuẽdi. ex quo tex.
deducit apertè Bal. in 2. not. quod ſiquis di-
cturus contractum ſimulatum, vel vſu-
rarium, petit abſolutionem à iuramento
coram Epiſcopo, & abſolutus eſt, actu-
rus de ſimulatione, vel vſura, poterit ex
hoc ſolo cauſam ad curiam Eccleſiaſti-
cam trahere, quia Epiſcopus debet eſſe
Iudex in cauſa principali ſimulationis,
& vſuræ, quia vti iam dictum eſt Iudex
iuditij præparantis, quod vertitur in ab-
ſolutione iuramẽti, debet eſſe Iudex cau
ſæ præparatæ, qua ratione actenta, Bal-
do quoque ſubſcribunt Alex. & Iaſ. in l.
quoties C. de Iudi. ille num. 4. hic verò
num. 3. cum duobus ſequen. Idem Alex.
conſ. 58. circà primum quæſitum in fin.
lib. 1. & alij multi relati, à Couarruuias
variarum reſo. lib. 1. cap. 4. propè fin. ſed
contra ſentit Caſtren. in d. l. ordinarij, &
iterum conſ. 68. alias eſt 210. incip. viſis
& ponderatis omnibus col. pen. libr. 2.
quibus in locis, optimè ad regulam illã
3 à Baldo deductam reſpõdet; Tunc enim
regula illius tex. obtinet, cum Iudex cõ-
petens in vtraque cauſa fuiſſet prout
Thema legis ordinariè ſupponitur, in
quæſtione, verò de qua agitur, Eccleſia-
cus Iudex in cauſa principali laicorum
competens non erat, vnde dicendum nõ
eſt, ex iudicio præparatorio iuriſdictio-
nem acquiri in cauſa principali ex vul-
ga. regula minus dignum ad ſe id quod
magis dignum eſt trahere non poſſe l. ſi-
quis ſciens C. de reiuendi. & hanc ſen-
tentiam ibi Salyc. ſequitur, & alij mo-
derni, ac Decius in rubr. i. extr. de iudi. nu.
2. qui latè articulum examinat, ac opi-
nionem Caſtren. veriorem dicit, tametſi
ſubdat in practica, non ita facile à Bal-
do recedi, ſed facillimè nos recedendum
putamus, quoniã ſi vera eſſet Baldi ſen-
tẽria: omnes prorſus cauſæ ad forũ Ec-
cleſiaſticum refunderent, Ideoque præ-
termiſſa in hoc cautela Caſtren. qui cõ-
ſulebar, vt pars iuramentum relaxaret,
quia eo remiſſo nihıl erat amplius in cu-
ria Eccleſiaſtica agendum, aliter in hoc
Couarruuias diſtinguendũ cenfuir, quo-
ties præſtita abſolutione ad effectum a-
gendi contractus ipſe examinandus eſt,
an habeat vſurã, vel aliquod illicitum,
cuius cognitio ad Eccleſiaſticum perti-
neat, procul dubio veram eſſe Baldi ſẽ-
tentiam; ſecus verò ſi alio iure compe-
tat reſciſſio, cuius cognitio ad Eccleſia-
cum non ſpectet: ſed nos aliter diſtinguẽ-
do, tunc procedere Bal. dictum intelligi-
mus, vbi de totali relaxatione iuramenti
tractatur; oportere enim eo caſu coram
Eccleſiaſtico Iudice cognoſci de princi-
pali contractu, non vt ipſe reſcindatur
contractus, ſed vt informetur, debeat nè
iuramentum relaxari, quæ cognitio par-
te citata procedet, vti iam ſuo loco dixi-
mus, Ideo ſi relaxato iuramento, vel ab-
ſolutione ad finem agendi conceſſa, di-
cat altera pars eſſe aliquid in contractu,
quod

quod adhuc ſeruari debeat,non impeditur, ex hoc ſæcularis Iudicis iuriſdictio, coram quo ſi medio tẽpore egerit pars, quæ iuramentum recepit pro exequutione contractus, non poterit is, qui iurauit opponere de pendentia litis coram Eccleſiaſtico, nec Eccleſiaſticus Iudex ſæculari inhibere, quominus obligationem contra iurantem exequatur, quod particularius multis adductis argumentis probat Berous, familiar. quæſt. ca. 77. & ante illũ latè Afflict. deciſ. 30. & ſeq. & ibi aliqua Gram. in additio. aliaque per multa ad hanc quæſtionem pertinẽtia ſcribit Couarr. quo ſup. citauimus, cuius nos diſtinctionem ita admittimus, vt ſi fuerit contractus de re penitus ad Eccleſiaſticum pertinente, compelli laicos illud ſubire iudicium, quod equidẽ parum habet dubitationis, at vbi ſpiritualitatẽ contractus non ſapiant, remittendos eſſe contrahentes ad ſuos Iudices, vt etiam ſcribit Curt. Iun. conſ. 152. col. pen. etenim cum de vſura, aut ſimulatione agitur nullo iure ſæculari Iudici cognitio prohibetur, quod ſi de iudicãdo iuramento vtrum illicitum, vel licitum exiſtat, obtinebũt, liquido, quæ pro contraria opinione deducuntur, & hoc etiam, poſtquam hæc ſcripſimus reperimus ſenſiſſe Auguſtinum Beroum conſ. 179. dubitatur in fin. lib. 1. vbi concludit quod licet regula ſit de Iudice Iuditij præparantis, & præparati de qua ſupradiximus, fallit tamen, quando abſolutus à iuramento vellet ſe fundare ex aliquo remedio, quod ex ſtatutis laicorum cõpeteret, quia petita, & impetrata abſolutione debet agi coram Iudice ſæculari idem Bero. conſ. 210. lib. 3.

Quoties ergò quæritur, an pendente iuditio abſolutionis à iuramento, poſſit
4 inhiberi iudici ſæculari, hanc diſtinctionem facias, vt ſi fuerit ſolum petita habilitatio iuramenti, tunc quia non pendet lis ſuper inſtrumento, ſed an debeat iurans abſolui, non poteſt aliter inhiberi quin procedatur ad exequtionem inſtrumenti, vt firmat Feder. de ſen. conſ. 290. aut cum abſolutione ſimul petitur, vt & contractus reſcindatur, & tunc ſi incipit Iudici Eccleſiaſtico liquere de iniuſtitia contractus, & iuramenti, & timet de nouitate aliqua cõtra debitorem poterit eo caſu inhibere magis ex officio, & vt animæ creditoris conſulat quã ad partis inſtãtiam, & hæc inhibitio, vbi neceſſitas ſuadeat, parte quoque non citata procedet, quàmuis regulariter cõtrarium fiat, vt ex Butrio in cap. debitores numer. 7. & hæc diſtinctio probabatur à Laurentio Rodulf. in tract. de vſur. ſuper cap. conſuluit quæſt. 129. & 131. & aliqua etiam ſcribit in q. 125. quos locos omninò videas, quinimò ſi Iudex ſæcularis ſciat coram Eccleſiaſtico Iudice hanc quæſtionem relaxationis verti, adhuc abſque alia inhibitione hominis ſuperſedere debet, ius enim inhibet cap. cum de ordi. cogni. cap. lator qui fil. ſint legi. & cap. ſi Iudex laicus de ſen. excõ. in 6. & cauſa illa in qua de relaxando iuramento agitur vtique præiudicialis eſt reſpectu exequutionis coram ſæculari petitæ, vt aduertit Feder. conſ. 126. in quæſtione d. campioli, & conſ. 278. Titius habens cum cenſ. præcedente, quod eſt Recuperi de Sãto miniato.

5 Si tamen antequam fuerit ſæcularis Iudici inhibitum, fuiſſet per eum ad exequutionem proceſſum, vel capturam debitoris, ſubſequenti inhibitione captura & exequutio minimè reuocantur, quoniam inhibitio illa futuros tantũm afficit actus, non etiam præteritos, de hoc eſt caſus in cap. non ſolum in 2. reſpon. de appella. & probat communis forma, & praxis inhibendi quæ eſt, vt vigore illius inſtrumenti ſuper quo lis pendet, nihil per Iudicem, aut creditorem contra debitorem, vel eius bona directò, vel indirectò lite pendente innouetur, vt ſcribit Feder. d. cõſ. 290. alias eſt 300. incip. factum tale eſt, Ideo exequutio, & captura iam facta non debet reuocari, Ang. & Imol. in l. 4. §. condemnatum de re iudi. vbi ſpeciatim firmat Angel. conſuetudine Epiſ-

ne Epiſcoporum ſuper huiuſmodi inhibitionibus iure non ſubſiſtere, quod ſequitur Lofred. Balbus in ſuis deciſion. deciſ. 416. qui licet alleget Ancharanũ tenuiſſe contrarium in quodam conſ. 22. ꝙ nos non reperimus, inuenimus tamen aliud eiuſdem Ancha. conſilium 236. inhærendo argumentis in prin. in quo hãc noſtram opinionem ſequitur, quã latius comprobauerat in conſ. 234. vbi firmat non poſſe per Eccleſiaſticam curiam ſuſpendi intuitu exceptionis vſurarũ, præceptum factum à Iudice ſeculari contra confeſſum, idq; eo præcipuè verum exiſtimat: quia vſurarum exceptio altiorem habet indaginem, & vocata parte eſſet plenius coram Iudice Eccleſiaſtico diſcutienda, de qua re, videndus eſt etiam Præpoſi. in cap. delicto col. 33. de appellat. Ripa qui opinionem Angeli probat in d. l. 4. §. condemnatum, Alexan. conſ. 83. Interrogatus in fin. lib. 5. & aliqua Natta. conſ. 561. ſuper duobus num. 4. & ſequen. lib. 3.

Sciendũ inſuper, quod ſi aliquis, qui vſurario contractu ligatus eſt cum fideiuſſore de ſoluendo vſuras, compareat coram Iudice Eccleſiaſtico ad reſcindẽdum cõtractum, & obtinuit inhiberi Iudici ſæculari, hæc inhibitio in fideiuſſoris fauorẽ nihil operatur, quominus contrã illum in curia ſæculari ſit procedendum, quia hoc beneficio fideiuſſor non gaudet, ita voluit Bal. in l. 1. in fin. C. de diuer. reſcrip. & habetur in l. creditor C. manda. ſequitur Fran. Aret. in conſ. 33. cõſultatio præmiſſa col. 1. vbi hoc addit, quod etiã ſi reus principalis dixerit inſtrumentũ vſurarium coram Eccleſiaſtico tam nomine ſuo, quam fideiuſſoris, & inhibitionem obtineat adhuc nihil iuuari fideiuſſorẽ, & è cõtra ſi fideiuſſor agat corã Eccleſiaſtico non prodeſſe reo principali, ꝙ latius examinat Hyp. Marſ. in rub. de fideiuſſ. nu. 274. ſed videndus eſt in hac q. Phil. Francus in c. cũ teneamur col. pen. de appellat. qui in contrariã partem inclinat, tametſi cogitandũ dubius reliquerit, & eſt text. vulgatus in l. tam mandatorum C. de non nume. pecu. exceptione reo cõpetente, poſſet, & ipſum quoq; iuuari fideiuſſorem, vnde & hoc quoq; Bal. tenuit ſibi tamen contrarius poſſe promiſſorẽ defendi per appellationem à principali interpoſitam, videatur in addit. ad ſpecul. de appellat. §. quis poſſit appellare verſ. quidam promiſit.

Vltimò illud quoq; hic addendũ eſt, quotieſcũq; corã ſæculari Iudice oppo-
7 nitur exceptio periurij, quæ fortaſſe non ita liquidò conſtat, conſueuit ſacrum noſtrum conſilium, aliiq; Iudices, tametſi cognitionem illam examinare de directo non poſſit, periurij exceptionem ad merita reſeruare, vt ſic interim poſſit de ſtatu cauſæ liquere, non aliter ſuper iuſiurandi exceptione pronuntiato, & ita praxis obtinuit, vti ſuperius in 1. lib. in 7. cap. in fin. aduertimus.

De Summo Pontifice, eiuſq; in abſoluendo auctoritate. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Papa dicitur animata Eccleſia in poteſtate aſſumptus Princeps, & ſponſus Eccleſiæ.*

2 *Poteſt etiam totaliter iuramentum remittere.*

3 *Etiam ſi iuratum fuerit non petere abſolutionem à Summo Pontifice.*

4 *Poteſt etiam ſe ipſum abſoluere a iuramento.*

5 *Sed Panormitanus contra.*

9 *Inter abſolutum, & abſoluẽtem debet eſſe diſtinctio perſonarum.*

7 *Conſul an poſſit ſe ipſum emancipare.*

8 *An debeat præcedere iuſta cauſa in abſolutione Pontificis.*

9 *In præiuditium tertij non conſueuit abſoluere.*

10 *Secus ſi ſimpliciter materia ad liberam Pontificis diſpoſitione pertineat.*

11 *In dubio ſemper præſumitur cauſa iuſta.*

12 *Et ſuper his quæ à iure poſitiuo dependent voluntas eſt pro cauſa.*

13 *Subreptio vitiat diſpenſationem Pontificis, quia tollit voluntatem.*

14 *Nec ſuppletur ex clauſulis motu proprio ex certa ſcientia, & ſimilibus*

15 *Clauſula motu proprio non ampliat gratiam contra, vel præter mẽtem concedentis.*

GENERALITER hucuſq; diximus ad Eccleſiaſticam iuriſdictionẽ iuramenti diſpẽſationem pertinere; verum quoniã, & inter ipſos Eccleſiaſticos Iudices varia eſt abſoluendi auctoritas, quæ nec paſſim omnibus datur, qui hoc poſſunt, ſpeciatim ſunt à nobis enumerandi, eritque à Summo Pontifice initium, cuius, tametſi longe, lateq; & contra, & ſupra, & extra ius, vt doctores dicunt facultas poterat ita vt nulla diſputatione res egeat, nihilominus, quoniam multò maiora poteſt quæ eius inferiores non poſſunt, conſentaneum erit aliquas concluſiones ad hanc rem pertinentes colligere.

Erit ergò prior, & vniuerſalis concluſio, Papam †, qui animata dicitur Eccleſia, vt inquit Bal. in c. 1. in princ. quis di-
1 catur Dux, Marchio, & in plenitudinem poteſtaris aſſumptus c. ad honorẽ de auctor. & vſu pall. c. mandata de præſump. atq; alibi ſæpè Princeps, Imperator, & generalis ſponſus Eccleſiæ, & nõ tã ſimplex adminiſtrator, quam Dñs rerũ illius, & aliàs, vt ex Mãtua Patauino dialogorum lib. 1. c. 10. & Hugone in tract. de offi. quatuor prælatorum par. 1. poſſe ſuper quolibet iuramento abſoluere, ſeu diſpenſando, ſeu cõmutando, ſeu deniq; totaliter (vt aiunt) remittẽdo glo. not. in c. quãto verſ. abſolui, & ver. vbi verò de iureiur. Archidia. in c. auctoritatẽ 15. q. 6. Fely. & alij ab eo deducti in c. 2. 4. col.
2 de ſponſal. † Quod equè obtinere intelligimus ſint illicita, aut ẽt penitus licita iuramenta, ideoq; ſi licitum adhuc iuramentum Pontifex relaxet, erit quidẽ ea relaxatio efficax, & quo ad Deũ, & quo ad Eccleſiam, ita vt abſq; periurij reatu contraueniri poſſit, ꝙ latè firmat Archidia. poſt glo. in c. Florentinũ 85. diſtinct. & in c. qui ſacramento 22. q. 4. Innoc. & Card. in c. venerabilẽ de electio. cõmunemq; eam eſſe opinionẽ teſtatur Fely. in d. c. 2. de ſponſalib. licet aliqui contra ſed malè ſenſerint, Inter quos Dec. in eo conſ. ꝙ aduerſus Iuliũ Secundũ pro conciliabulo ſcripſit, ꝙ eſt in 1. vol. cõſ. 151. vbi dixit, quod ſine cauſa à licito iuramento Pontifex abſoluere non poteſt.

Secũda concluſio, ſi iurauerit contra-
3 hẽs ſeruare contractũ, ac præter id aliud quoque iuramentum addiderit abſolutionem non petere etiam à Sũmo Pontifice, poteſt nihilominus abſoluere, ex his, quę ſcribit Riccar. 4. ſent. diſtinctio. 38. arti. 4. qui dixit non valere votum factum de non petendo diſpenſationem, nempè, quod aliqualiter in præiuditium Summi Pontificis redundet, potiuſq; videtur votum de non petendo id, ꝙ animę vtile eſſe poteſt, quod nuſquã erit obligatoriũ, niſi euidentius appareat vtilius animæ futurum, ſi abſolutio non petatur obligatur. n. hoc caſu iurans non minus primum, quam ſecundum iuramentum ſeruare; At quoniam, & hoc etiam Epiſcopum poſſe alibi declarabimus, conſuerunt aliqui Pontificis abſolutionem proficere; etiam ſi illius iuramenti de non petendo abſolutionem in ſupplicatione mentio non fiat, quod in alia concluſione videbimus.

Tertia concluſio in hoc quoq; Pontifi-
4 cis poteſtatẽ extẽdi, vt in omnibus caſibus, in quibus alios abſoluit, ſe ipſum quoq; à iuramẽto abſoluere poſſit Archidia. in d. c. auctoritatem, Anchar. in c. venerabilẽ in fi. de electio. Fely. qui has refert, & ſequtur in c. 1. ver. ſexta declaratio

de

de conſtit.& in cap.2.9. col. de ſponſal.
& in cap.cõſtitutus verſ. generaliter nu.
18.de reſcrip. hoc deducentes, quia qui
ſuperiorem non habet, alium habere, nõ
poteſt, à quo abſolutionem petat, ideoq́;
5 ſe ipſum abſoluere †, Abb.tamen cõtta-
rium ſentit in cap.fi.per illum tex.de in-
ſtitutio.& ipſum ſequitur Imo.in cap.1.
col.5.de conſtit.& Dec. in d.conſ. 151.
nu.10.verſ.venio ad ſeruandum, hac po
6 tiſſimum ratione quod † inter abſoluen-
tem, & abſolutum debeat eſſe diſtinctio
perſonarum arg.d.c. fin.de inſti. & cap.
per veſtras de iure patro.ſed opinionem
Archidia. & Felyni alibi tenuit ipſemet
Decius ſibi contrarius in d.c.1.de cõſtit.
in 2.lect.ſuper glo. in verſ. ab omnibus,
deducens tex.in l.ſi cõſul.ff. de adoptio.
7 quod poſſit † Conſul ſiue Præſes ſi filius
fam.fuerit apud ſe ipſum emancipari, vel
in adoptionem dari,& in c.cum veniſſet
de iudi. quod poteſt Pontifex eſſe Iudex
in cauſa propria,& hãc etiam opinionẽ
ſequitur Io.de Selua in tract. de iureiur.
par.4.principali quæſt.1.propè fin.con-
cludẽs hoc procedere tam in foro iudi-
ciario, quam pœnitentiali, ad argumẽtũ
verò ſumptũ ex d.c.fi.de inſtit.ꝙ debeat
eſſe diſtinctio perſonarũ ſatis abunde Fe
ly.in præcita. locis reſpondet dicens di-
ſtinctionẽ illam perſonarũ iure poſitiuo
induci, cui non ſubijcitur Põtifex c.pro-
poſuit de cõceſſ. præben. ac Ruſus poſ-
ſe Pontificem ſui ipſius abſolutionẽ al-
teri demandare iuxtà glo.in c. ſanè lo 1.
de offi. deleg. præter quas reſponſiones
potes, & alio modo reſpondere, ꝙ cum
Papa ſuperiorem non habeat, nec parẽ
in terris, nõ poteſt inter ipſum,& aliũ ca
dere perſonarũ diſtinctio, ideoq́; iura cõ-
traria in inferrioribus pſonis obtinere.
Quarta, quæ de Põtificiali abſolutio-
8 ne dicuntur, ita Doctores intelligunt, ſi
iuſta, & rationabilis cauſa Pontificem
moueat ad abſoluendũ; ſi tñ nulla ſubſit
ratio, quæ iuſtam faciat iuramẽti remiſ-
ſionem in foro tantum contẽtioſo obti-
nere, in quo Prælati, ceteriq́; Iudices nõ
debẽt de iuribus Papæ diſceptare, vt ſcri
bunt Innoc.in c.cũ inter.P.de renun. Bu-
tr.Abb.& cæteri in c. quanto de iureiur.
Imol.in d.c.1.col.5. & 13. de conſtitut.
& fuſiuſquã alibi, idẽ Abb.in diſput.quę
incip.ſtante ſtatuto; Ideoq́; ſi fiat diſpẽ-
ſatio ſuper materia non pertinente ad li-
beram Romani Pontificis diſpẽſationẽ,
vt ſi iuramẽtũ fuerit alicui priuato præ-
ſtitum, non conſueuit Pontifex in tertij
præiuditiũ ſine cauſa iuramenti obliga-
tionem remittere, vt tenet Bea.Tho.2.2.
q.89.art.9.Abb.& Fely.in c.conſtitutus
de reſcrip. Idẽ Abb.in c.cum contingat,
verſ.primus eſt caſus nu.15.& in cõſ. 12
vltimo dubio,& conſ.71. col.fi.li.1.Car
di.in clem.1.§.fi.penul.q. de iureiura.&
9 Syluestr.in verſ. iuramentũ .§. ſecundo.
Quod ſi fuerit iuramentũ ſuper materia,
quæ principaliter ad liberã Põtificis di-
10 poſitionẽ pertineat, indiſtinctè cõcludi-
mus poſſe per diſpẽſationẽ iuramẽti vin
culũ ſimul,& obligationẽ tollere, quip-
pè ꝙ in his intelligatur illius auctoritas
ſẽper excepta c.veniens de iureiur. Po-
teſt in vniuersũ huius rei exẽplum con-
ſtitui, ſiquis iurauerit legẽ aliquã, aut ſta
tutũ ſeruare, ꝙ poſſit ex Põtificis diſpẽ-
ſatione remitti, aut quoquo modo ſuſpẽ
di poteſt tũc sũmus Põtifex in hoc iura-
mento diſpenſare quo ad vinculũ ſtatu-
ti, ac ẽt iuramẽti, vt firmat Bea.Tho.quo
ſupra loco citauimus, Hoſtien.& Abb.in
c.quanto nu 8.ex quibus alia exẽpla ha
bes de eo, qui iurauit res Eccleſiæ nõ a-
lienare, vel aliquẽ Canonicũ in Eccleſia
vltrà ſtatutũ numerũ non recipere,& ei-
us generis multa; quæ nos miſſa facie-
11 mus †.Hoc interim ſciẽtes in dubio pre-
ſumi ſẽper cauſã, quo ad militantẽ Ec-
cleſiã, in his, quæ à Pontifice gerũtur, vt
in ſimili not.glo.in c.non eſt de voto, &
ſcribunt plenè Ciuiliſtæ in l.fin.C.ſi cõ-
tra ius vel vtil. publi. Abb. in c. quanto
col,3.ver.8.& Alex.de Principe loquẽs
conſ.2.col.7.verſ. & quod notat Baldus
lib.1.& quotieſcumq́ue Pontifex diſpo-
12 nit † ſuper his, quæ a ſolo iure poſitiuo
prohibentur, ſatis eſſe ſimplicem eius
voluntatem pro iuſta cauſa, voluerunt
Innoc.& Abb. in ca.ad monaſterium de
ſta.mona.pro quibus eſt illud, quod ſola

L 2 libera-

liberalitas Pótificis poteſt eſſe iuſta cauſa diſpenſandi contra ius poſitiuum Butr.in cap. 1. col. fin. de iureiur. Berous quæſtionum familiar.cap.3.num.5.Aymo.conſ.135. num. 41. & fuſius Alciatus in tract. præſumpt. regula tertia præſump.octaua.

Quinto generalius hæc omnia declarantur, vt ita procedant, ſi fuerit in ſpe-
13 cie Pontifici declaratum in diſpenſatione, quod in actu obligationis iuramentum quoq; acceſſerat, quoniam tametſi latiſſimam habeat poteſtatē, requiritur tamen in eo diſpenſandi voluntas, quæ non ità plenè conſtat, niſi demus, & cōſtituamus in eo præfatam ſcientiā illius actus, quem per diſpenſationem tollere intendit,& ſpeciatim, quod ſit neceſſaria iuramenti mentio, vbi actus iuratus fuit,probat glo.not. in cap. cum non liceat verſ.effectu de electio.lib.6.quę aſſeuerat generalem Canonum,ſiue ſtatutorum derogationem Principis,aut alterius eam poteſtatem habentis minimè tollere ſtatutum iuratum,quam glo. ſingularem dixerunt Roma.ſing.7. Alexa. in l.1.col.pen.ff.ad l.falc.Abb.col.3. Felyn.col.2. in cap. conſtitutus de reſcrip. Alex.lib.1.conſ.27.61.& 125.& lib.3. conſil. 125. & alibi ſæpè Afflict. deciſ. Neap.5.num.3.& Neuizan.Aſten.conſ. 77.num.21.qui etiam loquitur de ſtatutis iuratis per officialem,quod ex reſcripto Principis non tollantur,ꝗ ſi mentio particularis, vt diximus facta non fuerit
14 iuramenti †, nihil etiam operátur clauſulæ ille(ex certa ſcientia) &(motu proprio) vel illa omnia pro expreſſis habentes, aliæque ſubreptionis vitium reparātes,de quibus in cap.paſtoralis de re iudi.& in cap. inter dilectos de fide inſtru. & alibi per clauſuliſtas,quippe quod,eiuſmodi clauſulæ,nihil operētur,niſi circà ea, de quibus Princeps ſcientiam habere præſumitur,cuiuſmodi ſunt, plerique in iure conſiſtentia; ea verò quæ facti ſunt,vt contractus, commercia,& his ſimilia conſtat illum non minus, ac cæteros ignorare,vt ex Abb.in cap.examinatā num.5.de confirma,vtili,vel inutil. Bal.in l.fin.C.ſententiam reſcin. nō poſſe, quem ſequitur Alex. conſ. 125. viſo themate in fin. lib. 2. & conſ. 122. viſo puncto propè fin.lib.4.& conſ.215. non obſtat lib. 7. Decius conſ. 198. diuino col.4.Gram.deciſ. 105. Vantius de nullita,proceſſu. ſub rubr. an quelibet ſen-
15 tentia num. 18.Quibus adde deciſ.Rotæ 3.& ſequen in no.quod clauſula motus proprij non ampliat, neque firmat gratiam, præter, vel contra mentem concedentis,& Panor.in cap.paſtoralis §.præterea de offi.delega.quod Princeps tunc demùm dicitur aliquid facere ex certa ſcientia, quando fuit plenè informatus de his, quæ potuiſſent eum mouere ad nō concedendum,alioqnin ſubreptitiam eſſe conceſſionem,Decius in cap.ad hæc de reſcript. vbi inquit, id quod dicitur clauſulam ex certa ſcientia habere vim clauſulæ ex plenitudine poteſtatis procedere in his,in quibus præſumitur Princeps ſcientiam habere, ſicuti ſunt, quæ in iure conſiſtunt.

De poteſtate magni Pœnitentiarij. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Olim quindecim pœnitentiarios, & quandoq; Cardinales.*

2 *Pœnitentiarius quomodo aſſerat de mandato Pontificis abſoluere.*

3 *Pœnitentiarius non abſoluit, quando Pontifici eſt reſeruata abſolutio.*

4 *Facultates Pœnitentiarij reſtricta per Pium IV.*

5 *Vacante Sede an abſoluat.*

MAIO-

MAIORVM, quem alij ſũmum plerique Magnũ Romanæ Eccleſię Pęnitentiarũ, dicũt, ordinatim poſt Põtificem collocamus, ipſius namque vices ex generali, & delegata poteſtate ferè in omnibus genere tradunt Calderi. conſ. 12. & Corſet. in ſuo repertorio in verſ. abſoluere poteſt Pœnitentiarius; atque eorum Priorem, ſiue Decanũ (quindecim namque pœnitẽtiarios, ac interdum Cardinales omnes aliquando fuiſſe) in Eccleſia primitiua, mitra, & Pontificio roccheto publicè vſum fuiſſe ſcribit Gomez in prohem. regul. cancell. in quodam peruetuſto †, & membrano Codice ſacræ Pœnitentieriæ apud Sanct. Petrum conſeruato legiſſe, Inde videmus ſub authoritate Apoſtolica Pœnitentiarium quotidie reſcribere, non aliter tunc habito à Pontifice oraculo ſpeciali, ſed ex illa generali delegatione aſſerit in ſuis literis, ſe de mandato Summi Pontificis ſcribere viuæ vocis oraculo tunc recepto, cui aſſertioni, velut de re ad ſuum officium pertinente, & quia non agitur de iuriſditio alterius, cum habeat ſolum poteſtatem in foro pœnitentiali, indiſtinctè creditur, vt ſpeciatim notat Octauianus Veſtrius vir maximè apud Romanã curiam auctoritatis in ſua praxi lib. 1. tit. de officio Magni Pœnitentiarij, vbi multas eius officij ſpecialitates congerit, & de facultate abſoluendi à iuramento ad finem agendi, nec non à periurio particulariter meminit †; quæ omnia ita intelligas, ſi abſolutio Pontifici reſeruata non fuerit, nam ſi Papa abſolutionem illam à iuramẽto, vel periurio, vel etiam excommunicationis ſibi ſoli reſeruaſſet, nõ poſſe eo caſu Pœnitentiarium abſoluere, concludunt Pau. de Leaz. & Geminian. in capit. ſi Abbatem de electio. lib. 6. & Barbat. qui illos ſequitur in tract. de cardi. lega. à lat. prim. quæſt. num. 14. & ſequen. ſed hæc Pœnitentiarij auctoritas ſolum in abſolutione ad finem agendi verſari, ex eo intelligimus, quod in alio genere totalis relaxationis
4 neceſſaria eſt partis citatio, Hic verò, quo ad forum conſcientiæ auctoritatem, habet; & dum hæc ſcriberemus ſic declaratum fuit per Sanctiſſimum Pium IIII. qui in reformatione tribunalium Vrbis Romæ, dum reformaſſet facultates ſpectantes ad hoc tribunal, reſtrinxit facultatem abſoluendi à iuramento ſolum ad finem agendi per hæc verba, ſimiliter idem Pœnitentiarius non concedat abſolutiones à iuramento, niſi ad effectum agendi, dumtaxat, vt patet ex breui expedito ſub data apud Sanctum Petrum anno 1562. & eſt impreſſum in libro Bullarum fol. 572. in conſtitutione ſeu Bulla 67. inter Bullas Pij IV.

5 An autem Apoſtolica Sede per obitum Papæ vacante retineat Magnus Pęnitentiarius hanc, quam diximus diſpẽſandi facultatem, Auguſt. Bero. familiar. quæſt. cap. 1. de diſpenſatione tertij, & quarti gradus loquẽns, dependere ſolutionem huius quæſtionis cenſuit ex his, quæ ſcribuntur in clemen. ne Romani §. eo tamen de electio. & quæ ibi tradit glo. & alij in verſ. maiorem, vbi concluditur, maioris pœnitentiarij officium, iuriſdictioq; mortuo etiam Pontifice perdurare, ipſumque illam, ac ſi viueret Pontifex exercere poſſe, præterquam tempore incluſionis pro electione futuri Pontificis, ſi ille conclaue, cùm alijs Cardinalibus fuerit ingreſſus; Ideo cum ob Pontificis mortem ſua iuriſdictio minimè ſuſpendatur, poterit etiam in caſibus arduis, ſolique Pontifici reſeruaris diſpenſare, ex generali quam ſupra expoſuimus poteſtate, ita ſcribit Cardin. quem inibi omnes ſequuntur in præcitata cleme. ne Romani, & Caſſaneus in catalogo gloriæ mundi par 4. conſideratione 17. rationem addens, vt animarum periculum euitetur aliaq; ſcribit Berous quo ſupra citauimus cap. 1.

De legato Summi Pontificis. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Legati à latere, & miſſi qui nam ſint.*

2 *Legatus à iuramento abſoluit, non tamen ſemet ipſum.*

3 *Et in ſua Prouintia cognoſcit de omni cauſa ad forum Eccleſiaſticum ſpectante.*

4 *Papa tamē præſente iuriſdictionem dimittit.*

5 *Diſpenſant in omnibus caſibus, qui non ſunt ſpetialiter reſeruari.*

6 *Et etiam vbi vertitur dubium, an ſit abſolutio condenda, contra opinionem aliquorum.*

PROXIMI ſunt Pōtificiæ poteſtati legati à latere, hi vocantur Cardinales, qui à Papæ latere in certā Prouintiam deſtinantur, cap. ad eminentiam de ſent. excōm. reliqui verò, qui à Sede Apoſtolica mittuntur, non ex Principis latere aſſumpti, Miſſi appellantur, quos priſci Iureconſulti ſimplici nomine legatos dixerunt, toto tit. ff. de offi. legati, ſunt, & alij, qui ſuarum Eccleſiarum prætextu, legatione quoque funguntur, vt Archiepiſcopus Cantuarien. de quo in cap. 1. de offi. lega. & Archiepiſcopus Eboracen. de quo in ca. 1. de appellatio. Nos Hoſtienſis, ac cæteri nono vocabulo natos idcircò dicūt; quia legati quodammodo naſcuntur, dum illis Eccleſijs præficiuntur, quod amplè notat Io. Mona in cap. 1. de offi. lega. lib. 6. ſed ad Cardinales à latere, vt potè digniores, redeamus pro quibus affirmatiuam regulam ſtatuimus.
2 † legatum Papæ in abſoluendi facultate eo excepto, quod ſe ipſum abſoluere nō poſſit, omnia quæ de Papa diximus ferè obtinere; Gerit etenim regulariter illius vices, cuius eſt poteſtati proximus 94. diſtinctio cap. 1. & de offi. lega. capit. 1.
3 † & generalius inquit ſpecul. in §. ſupereſt in prin. quem ſequitur Franciſcus Mar. quæſt. 342. & 350. quod legatus cognoſcit in ſua Prouintia de omni quæſtione ad forum Eccleſiaſticum pertinente, Nēpè quod poſt Papam mærum Imperium, ac ſupremam poteſtatem apud legatos reſidere dignoſcatur cap. antiqua de priuileg. Item inquit ſpeculator quo ſupra loco citauimus, quod legatus omnia poteſt, quæ Papa ſibi ſpecialiter non reſeruat
4 †, & eo præſente cæteri legati, officij ſui exequutionem dimittuat, vt no. Io. And. in nouell. in cap. volentes col. 4. de offi. lega. & Boer. in tract. de poteſt. lega. à latere, q̄ legatus Papæ plus poteſt, quam eius Vicarius ex Bal. in l. aliquando 14. quæſt. ff. de of-
5 fi. Procon. † ex hac ergo generali poteſtate in omnibus caſibus in quibus Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, & Patriarchę, alijque prçter reſeruatos, vt diximus ſoli Potifici, diſpenſandi facultatem habet legatus, vt ſcribunt ſpecul. tit. de diſpenſatio. §. ſequitur in princ. Abb. in cap. ex parte de tranſactio. & ſcribentes per illum tex. in cap. 2. de offi. lega. li. 6. & ſpeciatim, quod poſſit à iuramento obſoluere multa ſcribit Io. Mar. Rimi-
6 nal. conſ. 222. num. 6. lib. 2. poſt Hoſtien. in ſumma eiuſdem tit. † Qui tametſi reſtringat hanc poteſtatem, quod non poſſit legatus abſoluere, in caſu, quo dubiū vertatur, vtrum iurans ſit abſoluendus, vel non affirmans hoc ſoli Pontifici reſeruatum eſſe, contrarium tamen eſt verius, vt no. Specul. in eod. tit. §. nunc oſtendam verſ. 24. ex cuius dictis, alijſq; argumentis in ſequenti capite firmabimus, poſſe etiam Epiſcopum (cum quo, & generalius cum omni ordinario Prouintiarum ſibi decretarum concurrit legatus) declarare in caſu dubio, an abſolutio ſit concedenda, ideoq; omnia, quæ inferius in ea quęſtione dicētur, poſſunt

ad hanc

ad hanc concluſionem pertinere; Qualis autem ſit in diſpenſando differentia inter legatos natos, miſſos, & de latere, poteris ex eo maximè intelligere, ſi memineris varijs modis, eorum priuilegia conferri, quod habes tum ex omnibus ſummiſtis in ſuis locis ordinarijs, tum maximè ex notatis à Sylueſtrina tit. de legato. §. 10.

De Epiſcopo, & eius Vicario. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus regulariter iuramentum relaxare poteſt, & ad finem agendi abſoluere.*

2 *Cauendum à Baldo in cap. cum acceſſiſſent de conſtit.*

3 *Requiritur tamen iuſta cauſa, & quæ concurrere debent, & nu. 4.*

5 *Verum abſoluat Epiſcopus vbi adeſt dubium, an ſit concedenda abſolutio.*

6 *In qua re Fely. ſibi contrarius fuit.*

7 *Author affirmatiuum ſequitur.*

8 *Intellectus ad tex. cap. venerabilem de electio.*

9 *Caſus in quibus Epiſcopus remittit iuramenta.*

10 *Etiam manifeſte licita.*

11 *Epiſcopus generaliter diſpenſat in omnibus caſibus, in quibus non appareat prohibitus,*

12 *Pulchra Fortunij diſtinctio.*

13 *Quid in Epiſcopo electo, ſed nõ dum confirmato.*

EPISCOPVS quoque iuſta præcedẽte cauſa, iuramẽtum
1 vel in totum relaxat, vel ad effectum tantum agendi, & excipiendi remittit, vt no. Io. And. per illum tex. in c. cum quidam §. fin. de iureiur. Inno. Abb. & Imol. in cap. debitores de iureiur. & rurſus in cap. ad aures de eo quod me cauſ. Rodulf. in tract. de vſuris ſuper c. conſuluit quæſt. 122. Felyn. in cap. 1. nu. 15. de iureiurand. Guid. Pap. quæſt. 140. & iterum quæſt. 224. Ioan. de Selua in tract. de iureiurand. par. 4. principali q. 3. Franciſcus Mar. deciſ. 1356. num. 3. & de Vicario Epiſcopi loquentes Anchar.
2 conſ. 18. col. 3. num. 6. & Bal. conſ. 460. aliàs 474. Vicarius Epiſcopi lib. 5. vt ſic cauendum ſit ab eodem Bal. in ca. cum acceſſiſſent num. 13. de conſtit. vbi dixit pertinere abſolutionem iuramenti ad ſolum Pontificem †; Ideo autem diximus
3 iuſta præcedente cauſa Epiſcopum abſoluere, quoniam ante omnia, vt Innoc. inquit, ſi de contractus reſolutione agitur, illud examinare debet, ſit ne iuſta cauſa petẽdi abſolutionem, an verò manifeſtè licitum appareat iuramentum, quod ſi nulla, vel parum iuſta allegetur, abſolutionem concedere non debet, vt voluit glo. in cap. quãto de iureiur. Bal. in præcitata. conſ. 460. alias 474. & Rom. cõſ. 95. ſi verò ſimplex petatur habilitatio, ſummariam adhuc adhibere debet cognitionem (ſeruata tamen diſtinctione, quo ad partis citationem, quam in priori libro dedimus) ſuper expoſita iniquitate contractus, vt ſcribit Bal. in l. fi. ver.
4 conſulunt tamẽ Doctores C. de non nume. pec. quæ cognitio eò pertinent, vt ſi iuramentum metu interpoſitum dicatur debet Iudex abſolutionis ſũmatim aduertere iuſtus ne metus interuenerit ſcilicet talis, qui caderet in conſtantem virum, vt no. Humbertus in authen. ſacramenta puberum 2. col. & notab. quod tñ malè ab Eccleſiaſticis Iudicibus ſeruari hodie videmus; facile enim, ac paſſim ex quacumque leui, & interdum nulla ſubſiſtente cauſa ad abſoluendũ pro-
5 ſiliunt †, ergò ſi probabile fuerit dubium an is qui iurauit, ſit abſoluendus, vel nõ maxima eſt doctorum controuerſia, an hæc declaratio, & abſolutio ad Epiſcopum

pum ſpectet,& antè alios Innoc. in cap.
venerabilem in glo. incip. tali modo de
electio. videtur innuere , quod quotieſ-
cumque clarè dubitetur , an is qui iura-
uit,ſit abſoluendus,minimè poſſe eo ca-
ſu aliquem inferiorem à Papa abſoluere
quod expreſſius firmauit Imol. in cap.
cùm contingat col.56. de iureiur.dicens
ſatis hoc eſſe notandum contra ordina-
rios indiſtinctè abſoluentes, cum in ple-
riſq, caſibus ſm̃ illum expreſſa ſit cõtra-
rietas inter ſcribentes vtrũ abſolutio ſit
concenenda;hos refert,& ſequitur Fely.
in c.2.col.9.de ſpõſal.plus addẽs tutio-
rẽ hanc eſſe opinionẽ;licet alia nonnul-
lis communior viſa fuerit,& Alex.conſ.
66.num.15. & 16. lib.6. fundamentum
principale huius rei excipiunt ex cap.
venerabilem de electio. ex illis verbis
(vtrum licitum, an illicitum fuerit iura-
mentum,ac propterea ſeruandum,an nõ
ſeruandum extiterit, nemo ſanæ mentis
ignorat ad noſtrum iudicium pertine-
re) ſed huic opinioni ſpeculator obſiſtit
tit.de lega.S.nunc oſtendendum,verſ.24
antè fin. vbi dixit interpretationem hãc
iuramenti ſit ne licitum, vel illicitum,
& vtrum danda ſit abſolutio etiam
ad Epiſcopum pertinere, reſponden-
do ad argumentum ex dict. capitul.
venerabilem, vt ſpecialiter intelligatur
Papæ reſeruatum,ſi de cauſis valde ar-
duis,vel inter magnates tractatur, quod
etiam ſenſiſſe videtur Ioan. de Selua in
tract. de iureiur. par.4. quæſt. 1. Felyn.
ob generalitatem illius tex. reſponſionẽ
6 hanc non admittit; Abbas tamen apertè
ſpeculatorem ſequitur in cap. cum ve-
niſſet 3.col.de iud.& in d.cap.venerabi-
lem num.13.& 14.& fuſius in prælle-
gat. diſput. incip. ſtante ſtatuto col.18.
vbi allegat Innoc. in cap. debitores cùm
quo tranſierunt Gemin. in cap. & col.
fin. verſ. ſi tamen vertat de foro compe-
ten. Syluestrina in ver. iuramentum. nu.
2.locum adducens Beati Tho.2.2.q.89
art.9.Iaſ.in l.2.num.17,de re iudi.Socc.
conſ.15.lib. 1. † Idemque Felyn.in d.c.
1. de iureiurand. aſſeuerat hanc opinio-
nem, quod valeat Epiſcopus in hoc du-
bio declarare cõſuetudine approbatum
fuiſſe,ibidemque apertè recedit ab opi-
nione quam tenuit in d. cap.2. de ſpon-
ſal.cuius receſſionis inſcius fuit Paul.Pa
riſ.conſ.96.num.87.lib.1.dum pro con-
traria parteconſulendo fundauit ſe tan-
tum ex dictis Fely. in d.ca.2. quo etiam
loco ſi rectius aduertatur, magis huic
opinioni adhærere viſus fuit, dum fate-
tur reſtringendam eſſe diſpoſitionem c.
venerabilem,vt intelligatur in illis caſi-
bus in quibus maximum dubium verti-
tur. Rurſus negatiuam opinionem con-
ſulendo probarunt Alex. conſ. 66.num.
15.& 16.lib.2.Aymo. conſ.6. num. 92.
Io.Baptiſta Ferret.conſ. 184. mulier per
totum, & Neuizan. à quo alij citantur
conſ.33.num.11. & Staphileus in tract.
quæ ſint Pontifici reſeruata nu. 24.verſ.
declaratio an iuramentum ſit ſeruandũ
ex quibus iam cernis benigniſſime le-
ctor , quam ſit difficile in ea doctorum
varietate communiorem ſententiam eli-
cere : quippe quod vtrinque par. & nu-
merus , & æuctoritas appareat ſcriben-
tium , præponderat nihilominus pro af-
firmatiua Felini receſſio , & comproba-
7 tio fuiſſe eam opinionem conſuetudine
receptam †; quam nos ſententiam (& vt
noſtrum quoque iudicium adferamus)
vt potè veriorem indiſtinctè probarem;
eſt enim tũc certè communior, ſi ſequa-
ces vtriſque factionis inſpiciantur, tum
etiam omninò defenſabilis ab oppugna
8 tione, quam faciunt ex d. cap. ad vene-
rabilem,ſi dicamus per illa verba (ad no
ſtrum iudicium pertinere) non ſibi ſoli
eam ſeruaſſe facultatem, ſed generalius
Ducem Lotharingiæ monuiſſe , Eccle-
ſiaſticam illam eſſe cognitionem, proin-
deque , vt agnoſceret, minimè eum po-
tuiſſe iuramentum , illicitum iudicare,
cum illa cognitio,licitum, ne ſit,an etiã
illicitum,ad nos pertineat, Eccleſiaſticã
ſcilicet poteſtatem deſignando . Caput
eſt enim Summus Pontifex militantis
Eccleſiæ , qui Ieſu Chriſti Domini, &
Dei noſtri locum obtinet in terris, pro
hoc

hoc intellectu inducimns Panormita. in
diſput.2.num. 5. vbi dum voluiſſet pro-
bare, quòd iuramentum nõ ſubiacet di-
ſpoſitioni laicorum, ſed tamquã ſpiritua
le ſpectet ad forum Eccleſiaſticũ allega
uit tex.d. c. venerabilem, ſic & Alex.in
conſ.137.nu.7.li.6.ex eo. tex. propoſi-
tionẽ illam firmat, ꝙ ad Principẽ ſęcula-
rem non ſpectat iuramentum remittere,
ſed ad Eccleſiã, & hic ſanè loquendi mo
dus ſæpius apud ſacros Canones obſer-
uatum inueniens, id ꝙ manifeſtè oſten-
dunt verba Inno.tertij in c. tuam de or-
di.cognitio.tuam (inquit) non credimus
latere prudẽtiam, cauſam nataliũ Regi-
næ Cypri ad examen noſtrum, vt porè,
quæ ad forũ Eccleſiaſticũ pertineat, eſſe
delatã, & in c.ſi Iudex laicus de ſenr.ex-
cõmunic.in 6. Bonifac.8. de cler.remit-
tendo dubitationẽ huiuſmodi (inquit) an
ſit is, qui reperitur clericus, ad iudicem
Eccleſiaſticũ quia de re Eccleſiaſtica, &
ſpiritali cognitio pertinebit, ex quibus
verbis ſatis, & ſuper liquet nihil prorſus
obeſſe argumentum, ꝙ pro contraria opi
nione deducunt ex d.c. venerabilẽ, ſatis
quidẽ friuolũ, & inanè, cõprobatur quo-
q́; hęc noſtra ſẽtẽtia, ex duobus caſibus
in quibus conſentiunt, & ipſi contrariæ
partis aſſeclæ, poſſe Epiſcopũ abſoluere,
ẽt ꝙ manifeſtè licitum videatur iuramẽ-
9 tũ †, Primus eſt ſi iuramentũ poſſit qui-
dẽ per iurantẽ abſq́; ſalutis interitu ſer-
uari pernicioſum tñ exemplo fuerit, hoc
n.caſu per Epiſcopum ẽt remittetur, vt
ſcribit Feder. de Senis cõſ.14. monacus
col.4.& cõſ.272.in nomine dñi, Ancha-
ra.in d.c. venerabilẽ propè fin. & in cõſ.
18.in q.quo vertitur nu.6.quẽ ſimplici-
ter ſequitur Fely. in c.1. nu.16.de iure-
10 iur.† vbi alium caſũ ſubdit, ꝙ poteſt Epi
ſcopus licitũ adhuc iuramentũ ex cauſa
probabili relaxare, ꝙ antè ſcripſerat In-
noc.in c.debitores, atq́; hunc vltimũ ca-
ſum de voto iuramento firmato, regula-
riter Doctores intellexerunt, at votũ ex
ſui ratione magis quã iuramẽtum obli-
gatorium cenſetur, quoniam cum voti
obligatio ex fidelitate cauſetur, quam
Deo debemus, ſequitur, quod eius tran-
ſgreſſio infidelitatẽ, & conſequẽter irre-
uerentiã quoq́; contineat, iuramenti aũt
obligatio, quia ſolũ oritur ex reuerentia
Deo debita, ex qua tenemur ad verificã-
dum id, ꝙ per nomen eius promiſimus;
habet eius tranſgreſſio ſolam irreueren-
tiã, vt no.Syluestri.ex auctor. Bea. Tho.
in ver.iuramẽtum 4.nu.5. & fuſius ſcri-
bentes in c. perueniat lo ſecundo de iu-
11 reiur. † Quod ſi ſic neceſſario cõſequi-
tur, quod ſi poteſt Epiſcopus in his caſi-
bus abſoluere, qui indubitanter ſeruari
debebãt, eo fortius poterit dubios decla
rare; quod præter iam dicta, ex hoc quo-
q́; intelliges, quia ſatis permittunt Epi-
ſcopum in omnibus caſibus regulariter
poſſe diſpenſare, qui prohibiti ſpetiatim
non reperiũtur, vt ex multis probat Frã-
12 ciſcus Mar.q.136.nu.6.† ideoq́; elegã-
ter in hoc ipſo articulo Fortun. explicat
de vlt.fine iur.nu. 381. concludens, ꝙ in
caſibus in quibus iure ſcripto, & argu-
mentis iuris canonici cõſtare poteſt iu-
ramentũ licitũ eſſe, vel illicitum; pertine
re tunc ad Epiſcopum illius declaratio,
obſeruatio, vel abſolutio; dũ verò dubi-
tat licitũ ſit, vel illicitũ, fueritq́; dubita-
tio illa ſupra ius, pertinebit omninò ad
Sũmi Põtificis declarationẽ; pro qua di-
ſtinctione faciunt, q̃ ſcribit Inno.& Abb.
in c. cũ ſpetiali de appell. Atq́; ità opi-
nionẽ hanc affirmatiuã efficacioribus ar
guměris fulcire, & cõmuniorẽ eſſe con-
13 cludimus.† An verò obtineant hæc quæ
diximus in Epiſcopo electo, & cõfirma-
to, ſed nõ dũ conſecrato, ex hoc declara-
bimus, ſi duo hęc intelligamus, Primũ ꝙ
abſoluere à iuramento ſit iuriſdictionis,
non ordinis, vt ſcrib.Card.Flore.in conſ.
35.quidã habẽs col.2.ſecundũ, ꝙ poteſt
Epiſcopus electus, licet non dũ cõſecra-
tus omnia, quę sũt iuriſdictionis, vt ſcrib.
Bal. & cæteri ꝑ illũ tex. in c.extraſmiſſa
de electi. Abb.in c.at ſi clerici S.de adul-
terijs in fin. numeri 17. de Iudici. & ibi
Decius poſt nu.21.qui de diſpenſatione
ita ſpeciatim concludunt, quicquid Bar-
bat ibi ſẽſerit, aſſeuerãs facultatẽ diſpẽ-

ſādi non niſi ad conſecratum Epiſcopū pertinere, cuius argumenta facilè toll. s, ex reſponſionibus Deeij in loco paulò ante deducto.

Verum verò poſſit Epiſcopus eum qui iam incidit in periurium abſoluere, Gemin.conſ.105.multis argumentis firmat non poſſe, ſed ſoli Papæ hoc eſſe reſeruatum, quod nos infra in cap. de periuro examinabimus.

Cardinales in Eccleſijs titularibus eis ſubiectis, vtrum abſoluat. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales in Eccleſijs ſuorum titulorum, an habeant iuriſdictionem Epiſcopalem.*

2 *Diſtinguendo tamen, ſi ſunt Epiſcopi, quia tunc non habent ea, quæ ſunt ordinis.*

HIC quoquæ illud ſuperaddimus, omnia quæ ſuperius diximus ad Epiſcopum pertinere, competere etiã poſſe Cardinalibus in titulis ſuarum Eccleſiarum per tex. notabilem quem inibi omnes extollunt in cap. his quæ de maiori. & obedien. diſponen-
1 tem, quod Cardinales habeant Epiſcopalem iuriſdictionem in eorum titulis, ſiue in Eccleſijs ſuis titulis ſubiectis, quæ titulares dicuntur, idq; etiã ſcribit Panormi. ibi, & in cap. quætelam in 3. col. de electio. & in c.fin. col.2. de poſtula. Prælatorum Card. Floren. in clem. ne Romani de electio. vbi concludit, quod tituli Cardinaliũ comparantur Eccleſijs Epiſcopalibus, quoniã habẽt iuriſdictionẽ quaſi Epiſcopalẽ in ſuis parrochis, in quibus nõ ſecus quàm Epiſcopus in ſua Dioceſi reſidere tenetur c.2. de cler. non reſident, in quo legitur fuiſſe depoſitum Anaſtaſium Presbyterum Cardinalẽ, eo quod Parochiã ſuam per annos quinq; deſeruiſſet, & inquit Parauinus in tract. de viſitatio. fol. 3. ꝗ Cardinales in iſtis titulis habent facultatem viſitandi, ſicut Epiſcopi in ſuis Epiſcopatibus, & in fin. eiuſdẽ tractatus enumerando priuilegia Cardinaliũ, dicit fuiſſe inter alia eis cõceſſã à Xiſto IV. liberam collationẽ beneficiorum in his Eccleſijs, quibus ſunt intitulati, ꝗ amplè proſequitur Fely. in d.c. his quæ de maio. & obed. vbi ex intentione Bal. & aliorũ addit hanc reſtrictionẽ, vt. ſ. intelligamus. His Cardinalibus, ſi Epiſcopi fuerint competere, quæ
2 ſunt iuriſdictionis, & ordinis, ſi verò nõ ſunt Epiſcopi ſolum habere iuriſdictionalia, fuitq; illa diſtinctio Ian o. in c. dilectus de capell. monac. quem ſequitur Imol. in d. cleme. ne Romani 3. col. verſ. 4. quæro, & Franc. Mar. deciſ. delphin. 1288. lib. 1. quomodo aũt ex obſeruantia, Cardinales iſti in Romana Curia nõ diſpẽſant, reſpondemus ex præſẽtia maioris Dñi. ſ. Pontificis, & Sũmi Pœnitentiarij impedir; cum .n. ex priuilegio habeant, ceſſare per remedia ordinaria illorum auctoritatem cõſtant, vt infra videbimus in c. de Abb. exempt. quæ autẽ ſint in iſtis Eccleſijs, in quibus Cardinales intitulantur, ſpeciatim enumerat Petrus de Monte, quem Felyn. citat in d.c. his qui, in tract. de Pap. col. 47. & Albet. in rub. ff. de ſtat. hom.

De poteſtate capituli ſede vacante vtrum abſoluat. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum ſede vacante ſuccedit in locum Epiſcopi regulariter.*

2 *In his tamẽ quæ sũt à iure expreſſa.*

3 *Prælati inferiores Epiſcopis non diſpenſant niſi in caſibus expreſſis.*

4 *Capitulum ſede vacante vice Epiſcopi fungitur tam in ſpiritualibus quam in temporalibus.*

5 *Siue ſint ordinis ſiue iuriſdictionis.*

6 *Idem*

6 *Idem ſi Epiſcopus fuerit captus ab hoſtibus.*
7 *Sede vacante Vicarium conſtituit.*
8 *Abſoluit ab excommunicatione.*
Et ſuper matrimonio diſpenſat, & alia multa ad ipſum pertinent.
9 *Et ſignanter abſolutionem iuramenti concedit.*
10 *Verbum diſpenſare, quid ſignificet ex Budeo; & referuntur alia verba minus elegantia quibus Iuriſtæ vſi ſunt.*
11 *Facultas diſpẽſandi ſpectat ad Epiſcopũ iure communi non ſingulari.*
12 *Collatio beneficiorum non competit capitulo, & cur ſit diuerſum ab abſolutione.*

CAPITVLVM
Eccleſia vacã-
1 te per obitum
Epiſcopi, in il-
lius locum re-
gulariter ſuc-
cedere ſatis cõ
ſtat cap. vnico
de maior. &
obed. lib. 6. An autem, & ipſum quoque
à iuramento abſoluere poſſit videamus
& in primis illud obſtare videtur, quod
cum abſolutio nil aliud ſit quam diſpẽ-
ſatio; diſpenſatio autem iuris relaxatio
1. quæſt. 7. cap. ſi rigor, capitulum diſpẽ-
ſandi facultatem, idcirco non habeat,
quoniam in iuriſdictionem tantum Epi-
ſcopi ſuccedit, vt de iure procedat, non
2 etiam vt ius relaxet †, Item ſuadetur,
quia capitulum vice Epiſcopi præmor-
tui fungitur in his tantem caſibus, qui
à iure ſunt expreſſi, vt per illum tex. de-
ducunt Abb. & cæt. in cap. 2. de conceſſ.
præben. cumq; abſoluendi à iuramento
facultas particulariter non appareat ca-
pitulo conceſſa, prohibita cenſeri debet
ex ſpeciali deciſ. Innoc. in cap. 2. de eo
3 qui furt. ordi. ſuſcepit †, vbi dixit, quod
prælati inferiores Epiſcopis non diſpen-
ſant, niſi in caſibus à iure expreſſis, ꝙ
dictum ſequitur Archidiadiac. in capit.
Eccleſia habet ſenatum 16. quæſt. prim.
Abb. in c. 1. in fi. prioris col. de voto, & in
c. cũ ad monaſterium in penul. col. de
ſtatu mona. Geminin. in cap. 2. de ſentẽ-
tia excommu. lib. 6. & ex his nonnulli,
ac ſignanter Geminian. id quod de diſ-
penſatione diximus, ad abſolutionem
excommunicationis extendũt, vt & hæc
pariter non competat inferioribus Epi-
ſcopo, niſi à iure exprimatur, ſed his nõ
obſtantibus, contraria ſententia verior
eſt, & communior, pro qua primum ſta-
tuenda eſt regula affirmatiua, quæ pro-
batur ex ca. penul. & vlt. de ſupplen. ne-
gli. prælato. lib. 6. & ex cap. is cui de
4 electio. eo. lib. quod capitulum tam in
temporalibus, quam ſpiritualibus Epi-
ſcopi vice ſede vacante fungantur, quod
latius probat Geminian. in præcit. cap.
vnico de maior. num. 3. & 4. Franciſcus
Mar. deciſ. delphib. 1117. num. 3. & rur-
ſus in alia deciſ. 1236. nu. 1. quod Epi-
5 ſcopo mortuo, capitulum, equè ſuccedit
in his, quæ ſunt iuriſdictionis, item quia
in defectum Epiſcopi neceſſarius dicitur
adminiſtrator iux. glo. in ver. capitulo in
clem. 1. de hære. omniaq; quæ ad merũ,
& mixtum Imperium pertinent poterit
regulariter adminiſtrare arg. l. 2. ff. de of
fi. eius, cui mãdata eſt iuriſdictio, & in c.
ad abolendã de hære. ex quo factũ eſt, ꝙ
6 ſi Epiſcopus à Paganis captus fuerit ca-
pitulũ ſpirituale pariter, ac tẽporalẽ in-
terim habet adminiſtrationẽ, non aliter
ac ſi per mortẽ Eccleſia vacaret d. c. pe-
nul. de ſupplen. negli. præla: ergò ſi per
mortem vacet Eccleſia non ſecus admi-
niſtrabit niſi aliquid expreſsè fuerit ex-
ceptum, cum. n. ex his, quæ diximus, ſtet
regula permiſſiua pro hac parte in præ-
miſſis omnia videntur conceſſa, quæ
ſpetialiter non prohibentur capit. inter
7 de translatio. Epiſcopi †. Videmus igitur
ꝙ ſede vacante capitulum Vicariũ con-
ſtituit, qui dicitur Vicarius Epiſcopalis
8 iuriſdictionis †, Ideoque ab excommu-
nicatione abſoluit, ſuper matrimonio in
caſibus diſpenſat, & in caſibus deciſis
ad inſtar Epiſcopi de hæreſi cognoſcit,

vt notat Gundiſſ. in tract. de hæret.q.7.
num.63.& Io. Coraſ. in paraf. ſacerdo-
tiorum parafr. 1.cap.nono num. 6.quòd
ſede vacante capitulum auctoritatem
præſtat permutationi beneficiorum per
glo.in clem.vni.de rerum permut.& rur
ſus in 2.parafr.cap. 7. in propria tracta-
tione de capitulo ſede vacante,ꝙ poteſt
excommunicare, &'adminiſtratcrem va
canti Eccleſiæ præponere,& Eccleſiam
ipſam comendare,donec fuerit de paſto-
re prouiſum hoc namque neceſſarium
eſſe propter moræ,& diutinæ vacationis
periculum;quæ ratio maximè ad noſtrā
pertinet quæſtionem, in qua de anima-
rum periculo tractamus, Item poteſt ad
inſtar Epiſcopi pro Eccleſiæ neceſſitate
charitatiuum ſubſidium exigere,vt ſcri-
bit Caſſan.in conſuet. Burgun.rubr.1.§.
4.num. 29. ac demum ſi per generalia
argumenta eatur, multa alia facit capi-
tulum, quæ ad Epiſcopum ſpectabant,
quæ latius videbis ex his, quæ in gene-
re de eius poteſtate fuſius ſcribunt Fe-
der.de ſen.conſ.30,incip. an capitulum.
Geminian.in d.cap.1.de maio.& obed.
Ioan.Fran.Pau. in proprio tracta.de po-
teſtate capi.ſed vaca.fere. ꝑ tot. Rebuff.
in ſua praxi canonica tit. de deuolu. à
num.57.vſque ad 70. & poſt hæc multa
remiſſiuè.Alphon. Aluarez olim Præſi-
dens Regiæ Cameræ Summariæ in ſuo
ſpeculo cap.40.

Sed vt ſpeciatim noſtra quæſtio fir-
metur, quod poſſit capitulum, ſiue eius
9 Vicarius à iuraméto abſoluere id quod
nos particularius agimus, expreſsè fir-
mauit Car.Flore.conſ. 35.aliàs 38.qui-
dam habens vnum filium, Felyn.qui ip-
ſum refert, & ſequitur in cap.1.de iure-
iur.& nouiſſimè Io. de Selua in tract. de
iureiurand.quar.par.principali quæſt.3.
ex quorum dictis, ad ea quæ in contra-
rium deducebantur facillimæ ſunt re-
ſponſiones, quoniam quo ad primum
negant Card.& Felyn.abſolutionem iu-
ramenti dici diſpenſationem, quod nos
nequaquam admittimus, propter gene-
ralem huius verbi ſignificationem; quo-
niam, vt etiam in capite huius quæſtio-
nis, & alibi ſæpe expoſuimus, diſpenſa-
ſatio nihil aliud eſt, quàm relaxatio il-
lius iuris, quo prohibebatur aliquid fie-
ri ſecundum Innoc. in cap. dilectus de
tempor.ordina. alioſque relatos à Man-
10 tua.conſ.121.num.17.† Item ſi germa-
nam, puramq; attendamus huius ver-
bi ſignificationem †,diſpenſare nil aliud
ſibi vult, quam quod Priſci iureconſul-
ti legibus ſoluere dicebant, proindeque
diſpenſatio vinculi ſolutionem impor-
tat, quo quis antè à lege tenebatur, vt
Budeus animaduertit in adno. ad Pan-
dectas ſuper l. 1. propè fin. ff. de iuſti.&
iure. vbi vocabulum hoc diſpenſare in-
ter alia multa barbara, vt ſunt Guerra,
Tregua, Bannum, Banniti, exemplare,
collationare, diſpenſare, pro Bellum,In-
duciæ, præconium, proſcriptio, proſcri-
pti,deſcribere,recognoſcere,legibus ſol-
uere, & alia multa à leguleis quibuſdā
inducta labente latini ſermonis elegan-
tia, relictaque puriori elocutione enu-
merauit; ergò vt hoc primum tollatur
argumentum, magis placet alia (quam
addunt) reſponſio, quod & ſi abſolutio
iſta ſit diſpenſatio, poſſit tamen ex his,
quæ deduximus ad capitulum pertinere
11 †, quod latius firmat Abb. in cap. at ſi
clerici §.de adulterijs num.16. & 17. de
iudi.& in cap. verum nu.9. & 10. de fo-
ro compet. concludens ius diſpenſandi
ſpectare ad Epiſcopum non iure ſingu-
larì,ſed communi,Ideoq; eo mortuo fa-
cultatem diſpenſandi ad capitulum de-
uolui,quod etiam tenet Feder. de Senis
conſ.ſeu quæſt.40.incip. ſuper eo quod
quæritur vbi de capitulo, & Vicario ab
eo conſtituto hoc firmat: Ad ſecundum
verò d.ca.2.de conceſſ. præben. Rebuff.
vbi ſupra reſpondet quod tex.ille, & ea,
12 quæ inde inferunt Doctores ſolum in
collatione beneficiorum procedūr † fa-
cultas namque conferendi beneficia ſi
purè,ac ſimpliciter ad Epiſcopum ſpe-
ctabant,hoc eſt non coniunctim Epiſco-
po, & capitulo, ſede vacante capitulo
non competit cap. illa ne ſede vacan.

c.1.eo tit.lib.6.Abb. in d. cap. verũ nu. 10.de foro competen. ſi enim hoc eſſet, magnum præiuditium(vt Coraſ.inquit) ſucceſſori Epiſcopo inferretur, neq; ex eo, quod capitulum non conferat, periculum aliquod imminet animarum, vt latius Rebuff. proſequitur dicens hoc eſſe particulariter reſeruatum cum alijs nonnullis,quę capitulo ſunt indicta, ſed huius reſeruationis non alia tradditur à Panormit.in d. cap. verum num. 11, de foro compete,quia (inquit) collatio donationis inſtar habet,& inter fructus, & bona Epiſcopalia computantur,quę per capitulum ſedę vacante alienari non poſſunt, Ideo collatio beneficiorum ei interdicitur iuxtà glo.notab. in cap.cum olim de maior. & obedi.qua in re vidẽdus eſt omninò Alex.6.vol.conſ.110.1, & 2.col. vbi latè de emolumentis, quæ percipiuntur ſede vacante; Tertium verò, quod prælati inferiores Epiſcopo nõ diſpenſant, proindeque nec capitulum diſpenſare poſſit dupliciter tollitur, vel ipſi dicunt, quod abſoluere à iuramento non ſit diſpenſare,quod minimè placuit,vel,vt verius quod capitulum quatenus Epiſcopo ſuccedit, non eſt illi inferior, ſed parem habet poteſtatem,quo fit, vt quamuis, iure capituli diſpenſare non poſſit, iure tamen Epiſcopi poſſit, quia vices illius gerit,ita Card. Floren. quem per omnia Fely. ſequitur in d. ca. 1.num.20.ex quorum dictis affinis quęſtio his, quæ de capitulo diximus ſuboritur.

Abbates exempti, & Mitrati vtrum abſoluant.
Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Abbates exempti, & Mitrati qui ſint.*
2 *Archidiaconus Beneuentanus habet propriam dioceſim,& iura Epiſcopalia.*
3 *Abbates exempti habent iuriſdictionem Epiſcopalem,ſeu quaſi.*
4 *Et vtuntur mitra, & ſigillo,& conſecrantur.*
5 *Conferunt minores ordines,*
6 *Et diſpenſant in omnibus caſibus,in quibus potuiſſet Epiſcopus diſpenſare,*
7 *Et in foro exteriori abſoluunt a cenſuris.*
8 *Et à iuramento abſoluunt.*
9 *Niſi poteſta Epiſcopi ordinarij impediantur.*

REPERIVNtur interdũ inter Epiſcopa-
1 les, atque Archiepiſcopales ꝓuincias dignitates aliquot, quæ caſus habent (vt dicũt)
Epiſcopales, cuiuſmodi ſunt vbiq; tum
maximà in noſtra Beneuentana Dioceſi
Abbates quidam exempti; Item, & plerię; mitrati, quorũ meminit Caſſaneus
in catalogo glo.mundi par.1.conſidera-
2 tione 38. quinta concluſione †. Accrotios vulgus vocat; qui mitra, & Pontificalibus ornamentis vtuntur,atq. in ſpetie Archidiaconus Eccleſiæ Beneuentanæ de quo Metropolitanæ noſtræ conſtitutiones dicũt Archidiaconum ſuam
habere Dioceſim, atq; in ea per omnia
3 Archiepiſcopale Ius retinere †, An & hi qui tales obtinent dignitates à iuramento abſoluant,& concluſiuè loquendo mitratis exceptis, ſi ad hoc eorum priuilegium non extenditur, vt infrà dicetur, quod poſſint, antè omnia ſuaderi videtur auctoritate glo. in ver, proprij in clement. vnica de reb. Eccleſiæ non alienan. quæ aſſeuerat ex mente Innoc. in cap.2. de tranſactio. communiter obſeruari,vt Abbates eiuſmodi,qui Eccleſias habent ad ipſos plenò iure pertinẽtes,poſſint in illarum rerum alienatione auctoritatem interponere; rationẽ poſtmodum

modum addens ſequitur, quia iuriſdictionem habent Epiſcopalem, vel quaſi, per tex. in cap. abbates de priuileg. li. 6. ibi (& inquos Eccleſiaſticam, ac quaſi Epiſcopalem obtinent iuriſdictionem hanc gloſ. ex eadem Innocentij doctrina probat Franciſcus Mar. deciſ. Delfin. 1083. & Coraſ. in ſua ſacerdotiorum parafr. cap. 9. num. 15. dicens auctoritatem illam alienandi, vel permutandi res Eccleſię ad ſolum ſuperiorem pertinere, & inter ſuperiores poſt Epiſcopum, Abbates exemptos enumerat †, Item Fran-
4 ciſcus Mar. in alia deciſ. 1080. atteſtatur, quod iſti Abbates exempti vtuntur ſigillo authentico, mitris auro friſatis, & quod de conſuetudine conſecrantur, & licet ſubdat licentioſa illa verba præpoſiti in cap. quoniam 69. diſtinct. quod inſignia Pontificalia hoc præſtant Abbatibus, quod præſtant genitalia mulis. in duabus tamen ſequentibus quæſtionibus firmat, quòd ex priuilegio vtantur aliquando ſollẽni benedictione † quod-
5 que valeāt minores ordines conferre, & manuum impoſitione vti; & glo. in cap. ego N. de iureiur. teſtatur, quod iuramẽtum in d. cap. conrenrum, ita præſtant Abbates in benedictione, ſicut Epiſcopi in conſecratione, vnde particularius voluit Feder. de Senis conſ. 14. Monacus Peruſinus, ꝙ hi prælati inferiores qui
6 iuriſdictionem habent Epiſcopalem poſſunt in omnibus caſibus diſpenſare, in quibus poteſt Epiſcopus, & hoc in tota eorum Parrocchia, & locis, ſibi ſubiectis ex conſuetudine vel priuilegio, vltrà illam iuriſdictionem, quam habent de iure communi in ſuos monacos, & ſubditos, quæ Epiſcopalis non eſt, ſed propria & ordinaria, & illum authoritate gloſ. ſup. alleg. ſimpliciter ſequitur Abb. in c. at ſi clerici §. de adulterijs num. 13. de
7 iudi. † & comprobatur quoniam manifeſtum eſt, poſſe hos Abbates ſuos ſubditos in foro exteriori à quacumq; excommunicatione lata à iure, vel ſtatutis ſynodalibus abſoluere niſi canonum cõditor ſpecialiter ſibi reſeruaſſet, vt habetur ex cap. nuper, vbi hoc notant Innoc. & Hoſtien. de ſent. excommu. & per Archiepiſcopum Florent. 3. par. tit. 25. cap. 77. & licet in hoc Abbas contrarium voluerit in cap. monachi de ſent. excommu. communem tamen hāc eſſe opinionem teſtatur Villauren. in ſumma cui autea dicitur, Armillia in verſ. abſoluere poteſt Epiſcopus, & alius quilibet prælatus numer. 3. & huc quoque illud pertinere videtur, quod notat Syluestrina in verſ. abſolutio num. 13. poſſe Archidiaconum, alioſq; ex his, quos ſupra diximus Abbates, conſuetudine indulto, vel priuilegio abſoluendi facultatem
8 nanciſci † : ex qnibus omnibus vera apparet Fely. ſententia in cap. 1. num. 20. de iureiurand, qui in ſpetie tenuit poſſe hos Abbates à iuramento abſoluere, pro cuius comprobatione ſi maiora deſideres, poteris multa addere ex his, quæ de capitulo ſede vacante ſupra diximus, duas interim teſtrictiones hic addentes; vt ea quæ dicta sūt intelligas in Abbatibus mitratis, ſi hanc facultatem cõſuetudine acquiſitam, vel ſpetiali priuilegio indultam habeant, cum enim ex priuilegio dignitas iſthæc concedatur, antè omnia tenor illius eſt inſpiciendus iux. not. per Ioan. Andr. in cap. Abbates de priuileg. lib. 6. & per Innocen. c.
9 2. de eo qui furtiue ordi. recepit †. Item & ſecundo, quod tunc procedit eorum iuriſdictio ſi à præſentia Dioceſani Epiſcopi non impediantur, ceſſare enim eo caſu eorum ptiuilegium, ſi ad id quoque ſpetiatim non oſtendatur; nimis enim aliter Epiſcopo detrahetetur ad hoc text. quem ibi ponderat Geminian. in cap. ad Apoſtolicam de priuileg. lib. 6. & Caſſan. in catalo. glo. mun. in loco quo ſupra citauimus.

Fabri-

Fabrica Baſilicę Principis Apoſtolorum vtrum abſoluat. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Facultates, & priuilegia huius tribunalis deſcribuntur.*

TEMPORIBVS quib' hæc ſcri-
1 bebamus, longè lateque ſe extēderāt Iconomi, præpoſiti, & Miniſtri fabricæ Baſilicæ Beati Petri de vrbe, qui tametſi certis caſibus limitātam cognitionem, atque auctoritatem antiquitus habuiſſent, ita quòd ſolum in obſeruandis teſtatorum voluntatibus ſuper legatis ad pias cauſas, ac in certis alijs relictis certo modo verſarentur, eo tamen quandoq; deuenerunt, vt noſtris temporibus multipliciter diſpenſarent in natalibus, matrimonijs, in gradu prohibito, ſuper ætate, ſimonia, ordinibus, irregularitate, male ablatis, ac etiā quācumque iuramenti diſpenſationem concedebant, tantaque fuerat negotiorum moles, vt hic Neapoli proprium tribunal conſtituerunt, exiſtentibus inibi prępoſito, Iconomo, conſultoribus, ac Iudicibus primarum, & ſecundarum cauſarum, quos vti res ex fide agerctur; nec laici vexarentur ex gremio ſacri concilij eligi ſolitum fuit, quādo quidem primarum cauſarum cura magnifico Domino Ioan. Baptiſtæ Manſo, ſecundarum verò magnifico Domino Nicolao Franciſco Conſtantio Regijs Conſiliarijs demandata fuerat, ſed hoc vt plurimum in Iudice appellationum obtinebit, præfatus enim D. Ioan. Baptiſta antè adeptā Conſiliarij dignitatem locum illum habebat, quin etiam de facultatibus huius tribunalis proprium fuerat conſcriptū & impreſſum volumen, non quidem paruum, quod paſſim circumferebatur, & inter alia in dicto libro de facultate abſoluendi à iuramento in confirmatione priuilegiorum facta à Paulo III. ſub data Romæ apud Sanctum Petrum 1541. Pontificat. Anni VIII. extat hoc capitulum. Nec non quæcunque iuramenta, in quibuſcunque contractibus, inſtrumentis, obligationibus, præterquam in forma Cameræ appoſitis ad effectum agendi dum taxat relaxare, & ab eis à quocunque periurio, ſine tamen tertij præiuditio abſoluere, quod non ſolum in foro iuditiali, ſed etiam ſpirituali, & animarum procedebat, quoniam in alia confirmatione eiuſdem Pauli III. ſub data Romæ Apud Sanctum Petrum anno 1535. dicebatur, quod etiam confeſſor electus vigore priuilegiorum eiuſdem fabricæ poterat inſtrumenta præſtita, ſine tamen tertij præiuditio relaxsre, verum poſtea Pio Quarto Pontificatu potito antequam is generale Tridentinum Concilium indiceret, omnia tribunalia Romanæ Curiæ reformauit, ac inter alia per literas motus proprij omnes fetè facultates huic officio fabricæ abſtulit, ac ſolum reliquit, vt curarent, quod relicta, & hæreditates ad pias cauſas debitam ſortirentur exequtionem, quæ res, vt diſtincte cognoſcatur, ac ſimul appareat inquantum ſe extenderat illius tribunalis authoritas, Bullam reformationis prædictæ, ac etiam formulam, quam obſeruabant quando abſolutiones iſtas concedebant in calce huius libri adiecimus, vt nihil in hac materia curioſo lectori deeſſe poſſit.

An per procuratorem poſſit peti abſolutio iuramenti. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Iuramẽtum poteſt præſtari per procuratorem ſpetialem.*
2 *Et quid ſi generale mandatum habuerit.*
3 *Et quid in ſindico vniuerſitatis.*
4 *Et quomodo hoc caſu periurium incurratur.*
5 *Sic, & abſolutio per procuratorem peti poteſt.*
6 *Quoniam hoc beneficium etiam in abſentem confertur.*
7 *Reſtitutio integrum per procuratorem peti poteſt.*
8 *Quid in abſolutione excommunicationis.*

ADMONEMVR Iureconſultorũ regulis, nihil eſſe tàm naturale quàm eodẽ genere quicquam diſſolui quo colligatũ eſt, ideoque verborum obligationem contrario conſenſu diſſolui l. nihil tam naturale ff. de reg. iur. ſatis autem eſt conſtitutum poſſe per procu-
1 ratorem, aut nuntium ſpetiale mandatum habentem, præſtari iuramentum c. vltimo vbi omnes de iuram. calum. lib. 6. glo. in cap. qui ad agendum de procur. eo. lib. Abb. in cap. ſignificaſti num. 1. de electio. & Ciuiliſtæ in l. qui bona §. ſi alieno ff. de dam. infec. vbi Bar. num. 18. dixit, quòd etiam generalis procurator iurare poteſt, ſi conſtituens in mandato iuraſſet rata ſe habiturum omnia
2 per procuratorem gerenda †, & Alexa. in l. ſolutum §. fin. ff. de pigno. actio. in apoſtillis ad Bar. tenuit, quod ſi mandatum ſimpliciter fiat, vt aliquis contractus celebretur, & dominus ſolitus eſſet eiuſmodi contractus iurare, poſſet procurator etiam abſque alio ſpetiali mandato iurare, quippè quod ita conſueuiſſet conſtituens. ſequitur Iaſ. in conſ. 158. num. 3. lib. 1. dicens ita limitari regulam requirentem in iuramento ſpetiale man-
3 datum †, quæ & aliter quoque limitatur in ſindico vniuerſitatis, & alijs economis, qui cum ſemel fuerint ſollemniter conſtituti adminiſtratores negotiorum ſuarum vniuerſitatum, vel Eccleſiarum, abſque ſpetiali mandato iurare poſſunt, Iaſ. in præcit. conſil. 118. quòd pulchrè Paul. iureconſul. oſtendit in l. municipibus 95. ff. de condit. & demoſ. dũ inquit: iurabunt itaque hi per quos municipij res geruntur, per quem textum idẽ quoque in iuramento calumniæ Ioan. And. concludit in cap. Imperatorum in fin. prior. colum. de iurame. calum. in nouel-
4 lis †, & licet in vniuerſitate periurium non cadat, quia animam non habet, ſed dicitur perſona ficta l. mortuo ff. de fideiuſſ. periurium tamen, hi qui iurauerunt incurrunt Corn. conſ. 48. quoniam in præſenti conſulatione col. 1. libr. 3. Natta conſ. 548. num. 44. lib. 3. & operatur eorum iuramentum, vt aduerſus cõtractus iuratos reſtitutio peti non poſſit, quoniam, & minores hoc reſtitutionis beneficium per iuramentum ammittunt Bal. in l. generaliter C. de rebus creditis, poſtquam vt ad propoſitam quæſtionem redeamus, poteſt per procuratorem conſtituentis anima ligari iurando in a-
5 nimam ſui principalis † hac ipſa ratione ſequitur vt, & iuramenti ſolutio procuratoris miniſterio concedi poſſit, hoc ſpeciatim concludit Card. in conſil. 34. alias eſt conſ. 38. incip. quidam habens
6 vnum filium col 2. † dicens abſolutionẽ iuramenti non ſecus, ac priuilegium abſenti conferri, ſequitur Bal. in cap. 1. nu. 7. de iurand. rationem addens fauorabilia eſſe, quæ in animarum beneficium, & exonerationem tendunt; Ideoque quia procurator ligare poteſt, non eſt negandum poſſe eumdem abſolutionem petere, ad

re ad hoc tex. notabilis in l. labeo ff. de iureiuran. vbi, & abſenti, & ignoranti, & per epiſtolam iuſiurandi gratiam fieri poſſe labeo reſpondit; item ſuperius oſtendimus, abſolutionem iuramenti ſatis eſſe reſtitutioni ſimilem, & nemo eſt, qui dubitet in integrum reſtitutionem
7 per procuratorem peti poſſe l. vnica, & in rubro. C. etiam per procuratorem; pro hac concluſione vide Felyn. in d. cap. 1. verſ. nono quæro num. 30. de iureiuran. & adde Innoc. in cap. cum deſideres de ſent. excomu. tenentem, quòd à ſententia ſuſpenſionis, & interdicti poteſt abſens abſolui, quod etiam ſequitur Card.
8 conſ. 30. incip. ad dubia col. 2. in fin. †, & licet Innoc. ibi addat, quod abſolutio excommunicationis nunquam eſt concedenda per procuratorem, ſed debet eſſe præſens, vt requiſita ſollemnitas ſeruetur, de qua in illo texr. hoc tamen latius examinat Paulus de Rom. in quodam ſuo tractatu de penſio. Eccleſiaſtica cap. 8. num. 29. cum duobus ſequen. diſtinguens aliud eſſe in ordinario, aliud in Pontifice, qui ſub certa forma non ligatur, ac rurſus concludit in caſu neceſſitatis, & vbicumq; ſuperiori conueniẽs videbitur poſſe per medium procuratoris ſpeciale mãdatũ habentis, abſolutionẽ impartiri, & ita ſubdit fuiſſe à Xiſto IIII. obſeruatum in abſoluendis legatis Reip. Floren. ſed quod ad hodiernum vſum attinet communis ſtilus Romanæ Curiæ obtinuit, vt abſque mandato abſolutiones iuramenti expediantur, vel ſolent interdum locorum ordinarijs cõmitti, vel vicinioribus Epiſcopis coram quibus iurantes, aut procuratores comparent, vt in forma abſolutionum apparet, quæ in fine huius tractatus ſunt inſertæ.

In his autem, quæ in initio huius cap. dicta ſunt circa iuramentum à procuratore præſtitum, videndus eſt omninò Geminian. in cap. vt circa §. ſuper huiuſmodi numer. 4. de electio. in 6. qui ſuper hoc articulo, an poſſit quis iurare per alium nonnullas tradit declarationes, & ſatis benè diſtinguit.

An hæres iurantis abſolui debeat à contractu iurato per defunctum. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Actus iuratus habet plenam probationem ex vi probationis.*
2 *Iuramentum quod ex parte iurantis perſonale ſit, & non tranſeat ad hæredem eſt diſtinguendum.*
3 *Aliqui enim effectus iuramenti ad hæredes tranſeunt.*
4 *Ciuiliter peierare quando intelligatur.*
5 *Anima hæredis ex iuramento defuncti ſpiritualiter non ligatur.*
6 *Nec forum* Eccleſiaſticum *ſortitur.*
7 *Et quod remedium in hoc detur.*

IVRAMENTI effectus quemadmodum in pĩcipio huius operis obiter
1 monuimus duplex à quibuſdam conſideratur, vnus eſt qui contractũ validat alioquin de ſe in aliquibus eius partibus inualidum, aut minus perfectum; alter qui, etſi in totum contractus nullus fuiſſet, claudit tñ os iurãti, quem ligatum eſſe perſonali vinculo ad non contraueniendũ ſæpiùs retulimus; Aliũ quoq; effectũ Guid. Papæ addit quæſt 414. nempè probationis, vt ſcilicet iuratus actus plenã habeat probationem, nec controuerſiam probandi
2 patiatur †. His ergò accuratius ponderatis non eſt ita ſimpliciter admittenda regula, quæ dicit iuramentum ex parte iurantis perſonale eſſe, neque ad hæredem tranſire, ſed diligenter inueſtigandum de quo iuramenti effectu

N tracte-

3 tractetur †, primus namque per quem robut accedit contractui, vt iurans efficacitet couueniri poſſit,vtiq; ad hæredē tranſit,qui contractum à defuncto cele-
bratum ita ſeruare tenetur, quemadmodum, & defunctus ipſe, neq; contractus imperfectionē, quæ fuit per iuramētum ſublata allegare poteſt, notabilis eſt deciſio Feder.de Senis conſ.281. caſus talis eſt, qui in materia inſinuationis, & authen. ſacramenta puberum loquitur, concluditq; non poſſe per hæredes defectus contractus allegari, qui fuerant per iuramentum defuncti ſublati, aliàs (inquit)lex, & canon. deciperet contrahentes, ſi poſſent hæredes contra defuncti iuramentum venire, quod non eſt ſentiendum 27. quæſt. 1. cap. de viduis quibus adde Corn. conſ. 2.col. 4.lib. 3. Bertr.32.nu.6.lib.3.& Neapod. in conſuet.Neapoli.ſub tit.de ſucceſſ. morient ab inteſta in verſ. ſecus dicentem, quod cum hæredis perſona; maximè ſi de prima intelligas, eadem cum perſona defuncti cenſeatur, iurasse hæredem videtur ea quæ defunctus iurauit, adeoque ad illorum obſeruantiam teneri, vt ſi non obſeruet ciuiliter peierare videa-
4 tur, † neq; alibi meminimus verbū hoc legiſſe ciuiliter peierare, quod in effectu hoc ſibi vult, vt licet hæres non obſeruando periurium non incurrat, vt puniri poſſit criminaliter,tenetur tamen defuncti promiſſa ſeruare, ne defuncti animam ledat capit. in literis de rapto. Butr. & Imol. & cæter. in d. cap. cum contingat in pluribus illius repetitionis locis. Gailielm. Bened. in repet. capit. Raynuntius in verſ. duas habens filias num.227. Alexand. conſil. & numer.7. libr.6.& conſil.129.num.21.& 22.eod. libr. & conſil. 26. libr. 7. & Aiminal. conſil.102.num.14. lib.1. & ſi non ſeruat pœnam incurrit, vt particularius Afflict. tenet deciſ. 388. in fin. concludens, quod hæres non obſeruans, quod defunctus ſub iuramento promiſerat, poteſt ad pœnam ciuiliter accuſari, quod antè eum tenuerunt Andr. de Iſer. in conſtit. eos qui ſcienter, & Bart. in l. 1. ff. de priuatis delictis, ſed contrarium voluit Geminian. cap. quamuis num. 4. de pac. in 6. vbi alia congerit, quæ pro comprobatione horum, quæ ſuperius proximè dicta ſunt ſatis aptè deſeruiūt, Vltimus quoque effectus, quem Guid. Papæ addit hoc eſt probationis, ſimiliter ad hæredes tranſire concludendum eſt, neque enim à priori effectu in aliquo diſtat, per quem diximus robur accedere contractui, quoniam dum probationem conſequitur ſatis eſt apertum firmiorem reddere contractum, qui cum illa qualitate ad hæredes tranſit; Quod verò ad medium pertinet vera in hoc eſt regula, iuramentum ex parte iurantis eſſe perſonale, ideoque de neceſſitate fieri, vt ſi contractus à defuncto celebratus, iuramento ſepoſito nullam habuiſſet firmitatem; quę exempla in ſecunda relaxatione dedimus, extingui protinus cum defuncti perſona iuramenti vinculum, text. not. *in l.* generaliter in princ. C. de iureiurand. ibi multum diſcrepat iuramentum hæreditarium à perſonali, & probatur in authent. de iureiurand. à morien. præ-
5 ſtito coll. quinta in princ. † huius concluſionis ratio non contemnenda traditur à Caſſadoro in deciſ. ſecunda tit.de iureiurand. dicente, quod in ſpiritualibus anima ligatur, quæ ſine proprio conſenſu ligari non poteſt, vnde non debet hæredis anima ligata videri, qui nullum in iurando conſenſum adhibuit, quod & antè tenuit Roman. Sing. 233. Marcus Antonius Bauerius de virtut. iuramenti, verſic. octauo iu-
6 ramentum, † Ideo inquit Innoce. in cap. veritatis de iureiuran. quod hæres licet ad obſeruantiam teneatur, non tamen ſpirituale forum ex iuramento defuncti ſortitur, nec Eccleſiaſticas cenſuras incurrit, quod de cenſura contra peierantes intelligas, nam ſecus eſt in hærede defuncti voluntatem non adimplente, qui poteſt per Eccleſiaſticam cenſuram compelli notabilis eſt diſtinctio

Abb.

Abb. in capit. fin. in verſ. vltim. nota de ſepulturis, concludens, quod ratione iuramenti non poteſt hæres laicus ex illo contractu coram iudice Eccleſiaſtico conueniri, † ſed officium Iudicis poterit implorari, vt hæres compellatur ſatisfacere animæ defuncti argum. d. cap. fin. de ſepultu. & in cap. à nobis in fin. lo ſecundo de ſent. excomm. vide Cotas additas in apoſtill. Abbatis in d. cap. fin. in vltim. not. & deciſio cappellæ Tholoſan. 415. in addit. Aufret. qui dicit vidiſſe ſemper obſeruari diſtinctionem Abbatis, & multa per Ioan. Crotum in repe. l. ſtipulat. hoc modo concepta numer. 31. ff. de verb. oblig. pro confirmatione horum, quæ diximus vide Bald. in cap. 1. num. 10. de iureiuran. dicentem quod ſi ex contractu, quem defunctus iurauit oriatur aliqua obligatio ſaltim naturalis, ad hæredem tranſit, ſin autem nulla obligatio fuiſſet, nihil eſſe, quod ad hæredem tranſeat, & hoc tenet Caſtren. conſil. 195. in fin. lib. 2. quod quando contractus nullus fuiſſet, & ſolo iuramento defunctus tenebatur, quod non poteſt hæres cogi adimplere promiſſa per defunctum, ſed tunc cogitur quando aliqualiter contractus voluiſſet. Adde Butr. & cæt. in cap. cum ſit generale col. 5. de foro competen. Cardin. conſil. 137. Capic. deciſ. 174 num. 12. cum duob. ſequent. Hyppol. in l. de vnoquoque num. 220. ff. de re iudi. & Ludouic. Bolo. conſil. 45. numer. 9. qui in ſpetie conſuluit non teneri hæredem abſolutionem iuramenti petere: Quod etiam ſcribit Soccin. conſil. 115. circà primum numer. 12. libr. 1. quod extendit Calderi. conſil. 8. tit. de iureiurand. etiam in monaſterio quoniam ſi ingreſſus, vel ingreſſa iuraſſet, etiam ſi fuiſſent doli capaces adhuc poteſt monaſterium abſque abſolutione contractum reſcindere, ſi dolus vel læſio interfuiſſet.

Abſolutionem iuramenti Iudicis officio non per actionem impartiri. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Ad obtinendam diſpenſationem, non competit actio, ſed officium Iudicis.*

2 *Quod procedit etiam in illis caſibus in quibus ſuperior tenetur diſpenſare.*

3 *Actionis appellatione quomodo reſtitutio contineatur.*

4 *Et quomodo cum actione concurrat.*

5 *Abſolutio iuramenti diſpenſatio eſt.*

6 *An ſuperior poſſit abſque inſtantia partis ex ſuo officio abſoluere.*

AD obtinendum diſpẽſationem nullam petenti actionẽ cõ-
1 petere, ſed Iudicis officium implorandum eſſe, Panormitan. concludit in c. at ſi clerici §. de adulterijs nu. 10. de iudi. arg. c. nullus de iure patrona. Eſt n. diſpẽſatio miſericordia quædã, & gratia, quæ tametſi ab omnibus conferri, & exerceri liberaliter debeant, in modum tamen actionis peti non poſſunt, ſicuti de eleemoſyna dicitur, alijsq́; charitatis operibus gloſ. in can. vt conſtitueretur in ver. detrahendum, & in cap. domino ſancto ver. neceſſe. 50. diſtin. & ſcribit Feder. de Sen. conſ. ſeu quæſt. 40. incip. ſuper eo, quod quæritur,
2 † nec mouetur, quod interdum iura præciſã diſpenſandi neceſſitatem ſuperioribus impoſuerint, in caſibus, quos Abb. & cæteri declarant in d. §. de adulterijs, hoc enim, quod teneatur ſuperior diſpenſare non huc pertinet, vt etiam actio

detur, ſed duo alia reſpicit, primum peccet nè Epiſcopus, aut alius itidem ſuperior non diſpenſando in caſibus illis, alterum vt poſſit ad ſuperiorem recurri id denegante inferiore, quemadmodum alia glo. notabilis aduertit in cap. exigunt 1. quæſt. 7. ſic & de officio Iudicis Bar. & cæteri tractant in l. Imperium ff. de iuriſdict. omn. iud. quod licet quandoq; iniuria ſit illud denegare, non tamen petenti debetur, ſed miſericorditer (vt ipſi dicunt) imploratur. Eſt etiam hoc confirmandum, ex his, quæ ſæpius nos retulimus, abſolutionem iuramenti finitimam videri reſtitutioni, quæ nihil aliud eſt, quam prioris ſtatus repoſitio, quinimò præambulam, ac præparatoriam eſſe ad reſtituendum, cùm verò pollicitus eſt prætor reſtitutiones, nullam propoſuit actionem ſed qualis (inquit) ea res erit animaduertam l. 1. ff. de minori. quod apertiùs explicatur in l. quod ſi minor inſi. eod. tit. Ex hoc enim edicto (inquit Paulus) nulla propria actio, vel cautio proficiſcitur, ſed totum pẽdet ex cognitione prætoris, per quem tex. hoc ipſum, quod agimus, nuncupatim Accurſius, contra Martinum firmat, & ſicut agendo, ita nec excipiendo minor reſtitutionis auxilio ſuo iure vtitur, ſed per officium Iudicis exceptione illa iuuatur, ſecundum opinionem Accurſij contra Ioannem in S. generaliter in ver. reſtitutionem per illum tex. in authen. de tempore non ſolutæ pecu. ſuper dote. collatione ſeptima quã inibi ſequitur Ang. & Bal. in l. fin. in fine C. vbi, & apud quem poſt
3 Bar. in d. l. quod ſi minor in fi. & in l. in cauſæ la prima in princ. eo. tit. † Nec ad rem pertinet, quod Bar. & alij plerią; ex noſtris quandoq; ſenſerint, actionis appellatione reſtitutionem quoque contineri, hoc enim in largiſſima, & generali illa actionis ſignificatione intelligitur, per quam actionis verbo omne remediũ cõtinetur, quo poteſt alicui quoquomodo ſuccurri, Bar. in l. 2. in primo notab. ff.
4 de dolo † Rurſus nec illud vrget, quod interdum reſtitutio cum actione cõcurrat, & ſimul dentur, vt non nulli ex d. S. interdum deducebant; hoc namq́ue optimè ab Accurſ. i[...]dem declaratur in ver. prætoria, quod enim ad ordinem attinet, primò in integrum reſtitutio petitur, per quam alienatio ira reſcinditur, vt pro non facta habeatur, ac alienatione ſublata, quis non videt vtilem reiuẽdicationem ad rem diſtractam ſuboriri ex ſe quidem, non autem cum reſtitutione concurrere, quæ cum ita ſint, nihil eſt quod in hoc vlterius nos deriucat, ſed illud videndum reſtat, quale Iudicis officium in abſoluendo concurrat, plures
5 enim gradus in ſcholis dedicimus. Et quidem abſolutionem diſpẽſa ionẽ eſſe aliàs ſæpè diximus, per diſpenſationem verò ius relaxari gloſ. in d. cap. exigunt 1. q. 7. hanc ergò relaxationem non alio, quam nobili officio fieri cõcludendum eſt, ſi capita illa ſectemur, quæ doctores communi calculo ſub nobili Iudicis officio coaceruant in l. Imperium, nempè veniam ætatis impartiri, reſtitutionem in integrum concedere, emancipare, tutorem dare, & alia multa; tametſi id non ignoremus, recenſioribus interpretibus nonnullis, diuiſionem hãc nobilis, & mercennarij officij erroneam, alijs item barbaram viſam fuiſſe; ex quibus Ioan. Iuuenalis in d. l. Imperium cõſtanter aſſeuerat commentitia hæc eſſe, vt potè, quod nunquam verba illa apud iureconſultos reperiſſet; ſed vidẽda ſunt in hãc rem, quæ fuſius ibidem, Gilotus, Zaſius, ac longouallius, ſatis eruditè ſcripſerunt, quæ nos veiut à propoſita materia extranea miſſa facimus.
6 An autem poſſit Iudex ſi non petatur abſolutio ex ſuo mero officio concedere, dic quod ſi publicè interſit concedi, quod poterit, ex doctri. Panorm. in c. bonæ memoriæ lo primo de poſt. prælat. vbi dixit, quod quoties officium Iudicis tendit in bonum publicum, Iudex poteſt illud, etiam non requiſitus impartiri, & ſic videmus practicam cogendi vſurarios publicos etiam per officium Iudicis, & denuntiationem Euan-

Euangelicam de quo alibi diximus.

De periuro, & quando fit abſolutio impetranda. Cap. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Periurio incurſo pars altera remittere iuramentum non poteſt.*

2 *Poſt lapſum terminum abſolutio concedi non poteſt, peti enim debet antequam terminus labatur.*

3 *Verum quanto tempore ante, hoc fieri debeat, latè hic examinatur.*

4 *Et quid ſi citatio tantum fuerit expedita antè lapſum terminum.*

5 *Et quid ſi parte non opponente fuerit abſolutio conceſſa.*

6 *An ceſſionarius agens principalem periurum faciat.*

PERIVRVM abſolutionis beneficium amittere vulgare eſt omnibus, ita vt ſuperflua ſit in hoc diſputatio, cũ enim ſemel iuramentl religionem ſpreuerit non adimplendo ſuo tempore iuramentum, fruſta legis auxilium implorar, qui cõtra illam committit cap. quia fruſtrà de vſur. Feder. de Sen.conſ. 300. quem cæteri ſequuntur; & quemadmodum abſolui non poteſt periurus; ità nec à parte ei iuramentum remitti, quoniam tametſi à principio ſit in poteſtate partis, cui iuratum eſt, illud remittere, vt in cap. 1. de iureiuran. & in
3 cap. 2. de ſponſal. & in l. fin. ff. qui & à quibus; † nihilominus poſtquam contra ventum eſt promiſſioni, & ſic incurſum periurum, quod ipſo iure, per contrauentionem incurritur, tunc in poteſtate partis, non eſt illud remittere Bart. in l. labeo ff. de iureiuran. Bal. in authen. quod eis in prin. de nupt. Butr. & Abb. in cap. præterea de appellat. & Ioan. Mar. Riminal. conſ. 222. num. 12. lib. 2. cum alijs inferius à nobis ſuo loco deductis. Verum enimuerò, quoniam interdum non tantum, qui paſſus eſt tempus labi, ſed & is, qui nimium ſe arctauit ad abſolutionem petandam, abſolutionis beneficium (vt nonnulli opinantur) amittit, aliquando etiam, & poſt tẽpus, & ſine abſolutione egiſſe iuuat aliqua in hoc ca-
2 pite ſunt explicanda †; Ac primum quo tempore ſit abſolutio petẽda, in vniuerſũ antè omnia doctores noſtri hoc vnanimiter concludunt, quod ea antè terminũ ſolutioni præfixũ peti debeat, ſi aliàs concedẽda fuiſſet Feder. de Sen. in præalleg. conſ. 300. aliàs eſt 301. Ancãar. 198. Roma. 326. col. 1. Alex. 222. col. 3. lib. 2. & conſ. 17. lib. 3. & 118. col. fin. lib. 7. Socc. conſ. 59. in ſecunda difficultate lib. 3. Decius conſil. 151. col. 1. quod in tantum procedit, vt tametſi expreſſam debitor mentionem de lapſu temporis faciat, adhuc non poſſunt Epiſcopus, aut alij Summo Pontifice inferiores abſoluere, vt Ancha. inquir. in d. conſ. 198. quem ſequitur Felyn. in cap. 1. verſ. ſeptimo quæro de iureiura. Ruin. qui communem dicit, conſ. 66. col. 2. lib. 4. Rolan. à Valle, qui illum refert, & ſequitur conſ. 34. num. 4. lib. 1. & ante hoc Bal. in auten. quod eis C. de nupt. Verum quãto tempore antè ſit abſolutio petenda, fatemur ingenuè nuſquam nec ex præcitatis doctoribus, nec in iure alibi præfixum tempus legiſſe, ſed refert Afflict. deciſ. 31. de facto ſuis temporibus quæſtionem hãc incidiſſe, & quoniam quæſtio verſebatur in praxi penitus Eccleſiaſtica, examinatis practicantibus fuit facta fides in Sacro Conſilio, quod in curia Archiepiſcopali Neapolitana non concedebatur abſolutio iuramenti, niſi ſupereſſent ad minus viginti dies termini illius obligationis, de cuius reſciſſione ageretur, & ſi per aduertentiam (vt vtamur illius verbis dũ illum referimus) aliter conceſſa fuiſſet, nullum haberet

effectum

effectum, qua relatione habita non obſtante litis pendentia ſuper abſolutione exequutam fuiſſe obligationem contra illos, qui per vnum diem ante terminum
3 ſolutioni præfixum citationem impetrauerant ſuper abſolutione iuramenti † & etiam ſcribit Alber. Oliua ſuper ritibus curię Archiepiſcopalis, ſed ad huius praxis probationem, non aliud affert præter eiuſdem Afflicti teſtimonium, & deciſionem præcitatā nihil de ſuo depromens, cum tamen totus in comentandis Illius curiæ ritibus inſudauerit maxima equidem Afflicti, & apud nos eſt, & inter maiores noſtros fuit authoritas, verumtamen, aliunde debebat Oliua ius noſſe in quo verſebatur, Ideò circa hāc praxim diligēter lector aduertas, nè terminos permiſceas, quorum equiuocatio practicātes, ac ipſos Iudices ſæpè numero fallit; Citatio namque ſuper abſolutione iuramenti, & ipſa abſolutio ſatis
4 Interſe differunt †, nam ſi de abſolutione tractetur, quandocumque ea obtempta fuerit, valida erit, etiam ſi per momentum, terminum ſoluendi præcedat, citatio autem ſuper ipſa abſolutione cōcedenda, nihil à iuramento relaxat, Ideo ſtilus hoc fortè induxit, vt expedita citatione tot diebus antè poſſet abſolutio compleri, ſi qua diſcuſſio cadetet, quod tunc locum obtinebit attenta noſtra, & communi diſtinctione, quando contractus ipſo iute ſunt nulli, qui ſub ſpecie totalis relaxationis cōtinentur, & in quorum abſolutione neceſſariam diximus eſſe citationem, cæterum in ſimplici habilitatione, in qua citatio minimè requiritur, non videmus quomodo ſtilus iſte, aūt practicari, aut verificari poſſit, ſiquidem cum in ea non requiratur citatio quandocumque conceditur, poterit reus agere, vel excipere, quia iàm abſolutus reperitur, nec aliqua cauſæ cognitio ſuper abſolutione adhiberi debuit, potuit etiā illa antiquorū practica in hoc fundari, quoniam vt à ſenioribus audiuimus, communis erat illis temporibus in curia Eccleſiaſtica opin. quod in abſolutione iuramenti citatio requirebatur, & fortaſſis aliqualis etiam cauſæ cognitio verſebatur, quod vt expediri congruè potuiſſet hunc terminum obſeruabant, quod hodie ceſſat, quia iam receſſum ab illo ſtilo, & abſolutiones ad finem agendi, & excipiendi abſque aliqua citatione conceduntur.

5 Secundo eſt in hoc capite diſcutiendum, ſi is qui iurauit abſque ſolutione egerit, & parte non opponente factus eſt proceſſus, & lata ſententia, an ea ſimul cum proceſſu ſit nulla, quæſtionem ſpeciatim Lapus pertractat, alleg. 24. ſub tit. de iureiurand. qui in reſciſſione contractus loquitur, concluditq́ue valere acta, & ſententiam inde ſequutam, & reo præiudicium afferre, ſubdens, quod ſi ageretur coram Eccleſiaſtico Iudice de contractu iurato ad obſeruantiam iuramenti, poſſet excipi de ſententia, quæ fecit ius inter partes: his adde Bal. in l. fin. C. de non num. pecu. qui in fortioribus terminis loquitur, ante ſcilicet quā ſententia proferatur dicens, quod ſiquis iurauit pecuniam recipiſſe, quam verè non receperat, quamuis non poſſit contrariū dicere, vel probare, iuramento impeditus, ſi tamen hanc negatiuam reo non opponente probauerit, valet probatio, & debet abſolui, ſequitur Saly. in d. l. fin. Iaſ. in l. patre furioſo num. 19. ff. de his qui ſunt ſui, & Alexan. qui multa addit conſ. 89. viſo puncto col. pen. & conſil. 133. lib. 2. Anto. à Petruccia in l. 1. num. 28. ff. de iureiurand. qui huius conſilij meminit, & de ſimulatione contractus tractans concludit, quod ſiquis conteſtato iudicio admiſſus fuerit ad probandum de ſimulatione, nec ei fuerit oppoſitum de iuramento, detecta ſimulatione debet audiri, hoc idem Iaſ. in l. iuſiurandū la ſeconda §. procurator ff. de iureiura. & in l. nemo poteſt nu. 47. vbi Alex. & Aretin. Fely. in cap. tertio loco col. & Fallen. 5. de præſumptio. Gramat. qui aliquos ex his citat, & ita patrocinando refert obtinuiſſe deciſ. 89. faciunt etiam pro hac concluſione nota. ab Alex. in l.

Iudex

Iudex poſtea quam col. 2. verſ. 6. fallit ff. de re iudi. quod quando quis, non eſt admittendus ad impugnandum ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, ſi pars patitur debet ſecundum probata pronuntiari, quod fuit originaliter ex mente Innoc. in cap. fraternitatis in glo. dicimus de frigi. & malefi. ex cuius dicto ſumitur fallentia generalis ad regulam illam, quod aduerſus præſumptionem iuris, & de iure probatio non admittatur, vt non procedat, quando probatio parte non contradicente fuerit recepta; Idem tenet Innocent. in cap. cum Bertoldus de re iudi. Alexan. in l. à diuo pio. §. ſi pignora num. 5. ff. de re iudicat.

6 Tertiò an is qui alteri ceſſit omnia iura ſua, non habita abſolutione, agente poſtmodum ceſſionario in periurium incidat conſuluit Marcus Anto. Narta. Vir ex recentioribus celeberrimus, cõſ. 10. num. 5. quòd non, ea ratione quia cum ceſſio ſit omnium iurium certum erat abſque abſolutione cedenti nullum ius competere, ideoque quod non habebat transferre in alium non potuit, vulg. reg. nemo plus iuris, dum ergò ceſſionarius agit ligatur ad obſeruantiam (ſicuti de hærede diximus) eorum quæ ſuus author promiſerat, & ſicut ipſe ceſsionarius agendo periurium non incurrit, quia vtique ſucceſſor eſt, ita nec is à quo cauſam habet, verba enim illa concedo tibi quicquid iuris habeo, nihil operantur, quouſque de iuribus non liqueat Bar. & in apoſtilla eius. Alexan. in l. ſi ſic §. ff. de leg. 1. quod equidem, ex hoc ſolo confirmatur, quoniam alioquin de vento iuramenta ſeruirent, & in multas fraudes iretur, dum is, qui de ſe opponere aliquid aduerſus proprium iuramentum non poſſet, alteri cedendo per mediam perſonam obtineret; ſi tamen tertius ab eo, qui iurauit cauſam non habeat, ſed de ſuo agit intereſſe, poterit aduerſus contractum de ſimulatione agere, & alia opponere non obſtante iuramento, per quod contrahentes vera omnia eſſe, ac alia iurauerunt. Iaſ. poſt alios, in l. nemo poteſt num. 48. & 49.

Quæ ſint exponenda in impetranda abſolutione, ne ſubreptitia reddatur. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Subreptio, & obreptio obſunt abſolutioni impetratæ:*
2 *Exprimere debet is, qui petit abſolutionem iuramentum interceſſiſſe.*
3 *Et ſi plura interceſſerint iuramenta ſigillatim eſt exponendum, non obſcurè, vel implicitè.*
4 *Si eſt appoſitum iuramẽtum de non petendo abſolutionem ſpeciatim ante omnia ab hoc iuramento eſt petenda abſolutio.*
5 *Cautela auctoris ad euitandam ſubreptionem.*

1 QVIA abſolutio iuramẽti ſicut, & cętera Principis priuilegia, & reſcripta ſubreptionis, & obreptionis vitio annullatur, l. & ſi legibus C. ſi contra ius vel vtil. pub. cap. ſuper literis (vbi eſt materia ſua) de reſcrip. de qua ſub reptione quemadmodum ſupra in ſecundo huius libri cap. expoſuimus poteſt etiã laicus Iudex cognoſcere, vt hoc facilius aduerti poſsit, neceſſarium duximus ea explicare, quæ exponi, & narrari debent in abſolutione impetranda, his nãq; cognitis, facillimè bonus Iudex, nullitates, aut ſubreptiones abſolutionis cognoſcere
2 poterit. Primum ergò eſt exponendum, contractum illum aduerſus quem agere iurans, vel ſe defendere intẽdit, iuratum fuiſſe

fuiſſe: aliàs, abſolutio inefficax eſt, & inanis taciturnitas nanque iuramenti, vt inquit Roman. conſ. 380. circa primum inducit gratiæ ſubreptionem per text. in cap. conſtitutus de reſcrip. & ibi hoc põderat Felyn. num. 4. Anchar. qui multa addit conſ. 308. niſi legibus; cuius concluſionis ea ratio, quæ à Felyn. deducitur in eodem cap. conſtitutus num. 13. verſ. limita quadrupliciter, nempè quod ſuperior notitiam habens iuramenti difficilius mouetur ad præcipiendam contrarium iuramento, probat hoc rurſus gloſ. ſingularis in cap. cum non diceat in verſic. effectus de electio. libr. 6. & in clemen. dudum in ver. pacta de ſepultu. quam nos concluſionem multis alijs exemplis, & authoritatibus comprobauimus in cap. 3. huius poſterioris libri, hoc potiſsimum attendentes, quod tamenſi ampla ſit ſuperiorum poteſtas in relaxando vinculum iuramenti, requiritur tamen ante omnia, in ea diſpenſatione voluntas, quæ vtique numquàm colligitur niſi probetur abſoluentis ſciẽtia ſuper eo, quod relaxare intendit, quã nec ex ordinarijs clauſulis motu proprio, ex certa ſcientia, ac pro expreſsis habentes, ſuppleri eodem loco probauimus, ideo quoad hoc primum requiſitum vlterius morari non eſt neceſſe.

3 Secundò ſi præter iuramentum, quod fuit præſtitum de obſeruando contractũ alia ſint adpoſita iuramenta, vti quotidie notarij etiam nõ rogati ſcribunt omnia ſpeciatim ſunt exprimenda, Soccin. conſ. 59. col. & lib. 3. vbi cõcludit, quòd ſi per partem ſolum petita fuit abſolutio à tribus iuramentis, cum eſſent quatuor, quod eiuſmodi abſolutiones non dicuntur legitimæ, cum tot eſſe debeant relaxationes, quot iuramenta; Imò plus ſubdit, quod ſi facta mentione de tribus iuramentis, quartum quoque narratum fuit, ſed obſcurè, vel implicitè, puta per relationem ad aliud, quod relaxatio concedi non debet, & ſi conceſſa fuerit, tamquam ſubreptitia nihil operatur, quod & Fely. quoque ſcribit in cap. debitores col. penul. de iureiuran. & melius in cap. conſtitutus 8. col. de reſcript. & Phil. Decius de diſpenſatione Summi Pontificis tractans conſ. 542. nu. 2. Oldrad. de legitimatione ſpurij conſ. 247. factum tale eſt quidam Rex, vbi ſatis eleganter conſuluit non valere legitimationem factã de eo, qui narrauerat ſimpliciter ſe ſpurium, tacuitq; quod natus fuiſſet ex adulterio duplici, ſeu (vt alij dicunt) geminato coniugati, ſcilicet cum coniugato, quod conſilium reaſſumit Io. Andr. in addit. ad ſpecul. ſuper rub. qui fil. ſint legi. & ſequitur Roma. in l. ſi verò §. de viro fallen. 3 t. ſol. matri.

4 Tertiò ſi inter hæc iuramẽta, iuratum quoque fuiſſet, abſolutionem iuramenti non petere, & ea petita, & obtenta non vti, nullamque moleſtiam, aut controuerſiam parti, quæ iuramentum recepit mouere, non ſolum eſt facienda huius iuramenti mentio, vti iam diximus, ſed ſpeciatim antè omnia ab hoc quoque iuramento abſolutio eſt petenda, quoniam aliàs ſi ſimpliciter, à contracta, & iuramentis adpoſitis abſolutio peteretur, ſimplex iſta abſolutio inefficax redderetur, vt notanter ſcribit Bart. in l. 2. verſ. & quoad primam quæſtionem ff. de iureiurand. diceas, quod licet poſſit relaxari à ſuperioribus iniquum iuramentum, debet tamen prius peti alterius iuramenti relaxatio, per quod abſolutioni renunciatum fuerat, per cap. 1. de iureiuran. & ſubdit, quod niſi hoc ordine petita fuerit abſolutio, nihil iuramenti detrahitur, ſed illi ſtandum eſt, cum ex fine vnius relaxationis alterius origo proficiſcatur argu. l. Iulianus ff. de conditio. indeb. facit alius text. notab. in l. ſi pupill. §. ſi ex pluribus ff. de ope. no. nuncia: quod vbi plura ſunt impedimenta, tot eſſe debent ſublationes, hoc idem tenet Roman. conſ. 326. in præſenti conſultatione col. 2. vbi dicit, quod ſi per abſolutionem conceſſam à cõcilio, fuiſſet ſublatum impedimentum iuramenti de non contraueniendo, non tamen cẽſeri ſublatum aliud, quod obſtabat ex

renuntia-

renuntiatione facta de non vtendo relaxatione iuramenti, quòd ſequitur Fely. in d. c. conſtitutus de reſcrip. ſpeciatim concludens, ꝙ ſi iuratum, ſit obſeruare contractum, abſolutionem iuramenti nõ petere, & ea obtenta non vti, quòd non ſufficit illa duo exprimere, niſi, & tertium de non vtendo exponatur, aliàs impetratio ſubreptitia efficitur, ſubdens hæc verba dicta eſſe aurea, & noua, ſequitur Soccin. in d. conſ. 59. & iterum conſil. 96. numer. 92. eod. libr. 3. Paul. Pariſ. conſil. 43. nume. 15. cum plurib. ſequen. Afflict. deciſ. 30. & 220. Gram. deciſ. 66. num. 11. Rolan. à Valle, qui horum omnium meminit multa addens conſ. 34. lib. 1. & conſ. 31. lib. 2. nu. 11.

Quartò, ſolent notarij in contrahentium iuramentis extendendis hac formula vti magis ex eorum promptuario, quam partium voluntate deprompta, conſuleremus ergò, vt totus tenor contractus ſi fieri poteſt in abſolutionis petitione inſeratur, quòd ſi id fieri non poſſit, poteris ea iuramenta inſerere, de quibus notitiam habes, & alia etiam addere, quorum narratio ex abundanti cautela non oberit, ita enim notarij dicunt, & iurauit, &c.

De interpretatione iuramenti, & quas recipiat declarationes.

Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *In dubio ſemper eſt facienda interpretatio in beneficium iurantis.*

2 *Factum ſuperioris excuſat iurantem à periurio.*

3 *Reprobatur opinio Cappellæ Tholoſanæ contrarium ſentientis.*

4 *In pacto de non reuocãdo alienationem feudi, iuramenti vinculum non ligat alienantem renuente Domino.*

5 *Legis mãdatum ſicut ſuperioris authoritas excuſat à periurio.*

6 *Iuramentum in præiudicium ſuperioris, nec obligat.*

7 *Iuramentum intelligi debet, prout iura intelligunt actum ſuper quo interponitur.*

8 *Refutatur opinio Gozadini in conſ. 32.*

9 *Compenſatio an excuſat eum, qui iurauit ſoluere. & nu. 7.*

10 *Et an ſi opponatur compenſatio crediti non proprij, ſed ceſſi à creditore debitoris.*

1 IN progreſſu huius noſtrę abſolutionis, diſperſim traditi ſũt à nobis caſus aliquot, qui iurantes à ꝑiurio excuſare poſſunt adhuc abſolutione non petita, illos igitur, quos in tractatu currenti calamo explicauimus, alioſq; denuò ſuccurrentes (operè pretiũ fuit in vnum caput redigere, tũ vt ordinatim nobis. ipſis ante omnia ſatisfiat, tum ẽt, ꝙ lectorem beneuolum onere leuemus omnia perquirẽdi: Atq; ideò qm̃ iuramentum promiſſoriũ multas recipit interpretationes, & cauſas, à periurio excuſantes, vt cõueniunt omnes in c. quẽadmodũ de iureiur. capita ſequẽtia colligamus, quæ vel ipſos penitus excuſabunt iurantes iux. deciſ. Rotæ 140. in antiq. alias 11. tit. de iureiur. vel certè faciliores reddẽt ſuperiores ad abſoluendũ. Qui. n. iurato (inquit Paul.) promiſit iuditio ſiſti non videtur peieraſſe, ſi ex cõceſſa cauſa hoc deſerat l. fi. ff. qui ſatiſd. cog. & quãuis in dubio pro obſeruantia iuramenti ſit non minus iudicandũ, quã reſpondendũ, debet tñ interpretatio illa in caſu dubio quantũ fieri poteſt reſcingi, vt minus obliget iurantem Abb. in c. cum clerici nu. 4. de verb. ſignif.

2 Primũ igitur, ꝙ in quolibet iuramẽto ſuperioris authoritas excepta intelligatur.

ſatis eſt conſtitutum, texr. celebris in c.
cõſtirutus de reſcrip. vbi glo.alias addu-
cit authoritates c. venientes de iureiur.
ideoq; infertur, ÿ ſi iuraui alicui cen-
tum ſoluere cuius bona interim publi-
catione Fiſcus occupauit, vel per ſupe-
riores ſit mihi iniunctũ ne illi ſoluerem,
iuſſus ſuperioris ſatis me à periurio ex-
cuſabit not. in c. debitores de iureiur. in
c.veritatis de dolo,& cont.& in c. ſigni-
ficauit de cẽſib. Bar.& cęt. in l.fin.ff.qui
ſatiſd.cog.& in l.fin.C.de non num. pe-
cu.bonus text. in l. bona fides ff.depoſi.
in his proprijs terminis loquens quando
creditoris bona publicantur, ſtatuitque
lege ciuili diſpoſitionem hãc deſcendẽ-
re, quoniã ægeſtate laborare debet, qui
3 publicè deliquit, & ſi iure naturę,& gen
tiũ inſpiciatur ſecus eſſe †. Quibus attẽ-
tis cauendũ eſt à deciſ.cappellæ Tholoſ.
402.quæ nulla facta diſtinctione cõclu-
dit,incurri periurium, ſi vetante Iudice
temporale,non fiat ſolutio promiſſa die,
& rectè inibi hoc declaratur à Srephano
Aufrerio illarum deciſionum gloſatore
procedere,quando ſinu cauſa Iudex in-
hibuiſſet ſecus ſi cum cauſa, vt conclu-
ditur in d.cap. ſignificauit.
Infertur ſecundò, ÿ ſi vaſſallus feudũ
4 alienans iuret non reuocare,intelligitur
tacitè,niſi dominus conſentire noluerit,
ſi .n.ſaluo aſſenſu domini alienat,& do-
minus expreſsè renuat,poterit tũc,& ip-
ſe citrà periuriũ à cõtractu reſilire Luc.
in l.nulli C.de fund.patri.li. 10.Capyc.
deciſ.100.nu. 2. quinimò etiam ÿ nulla
fuiſſet facta reſeruatio aſsẽſus poterit ẽt
iure proprio alienans reuocare, quia lex
hoc iubet,& ſic ſuperior ex his,quę ſup.
deduximus in c.de prohib leg.p Affl. in
cõſtitutione cõſtitutionẽ diuę me.nu.41
5 Vnde,& ſecundò dicimus quẽadmo-
dũ ſuperioris authoritas excipitur,ſic,&
legis mandatum; Ideò ſi poſt iuramen-
tum,antequam ſolutionis dies adueniret
excõmunicatus fuerit creditor, niſi fue-
rit abſolutus ſoluere eidem prohibemur
d.c. veritatis de dol. & contum. ſumma
Angel.in S.Iuramentum ver.21.& prius
in S. excommunicato nu. 12. & Aufrer.
prædir.deciſ.204. Anchar. in Re.poſſeſ-
ſor.col.15. de reg. iur.cum alijs per Ro-
man.conſ.22.& 379. & Socc.conſ.129.
præſtantiſſimi in fi.lib.1. & 125.lib.2.
6 Et quo ad ſuperiorẽ actinet,hoc quoq;
generalius ſubnectimus,nõ obligare iu-
ramentum in præiuditiũ ſuperioris qua-
cunque de re ad ſuperiorem pertinente
tractetur Abb. in cap. venientes num.2.
de iureiurand.
Tertiò regulariter iuramẽtũ intelligi
debet ſecũdum iura intelligun tactũ ſu-
7 per quo interponitur ſcriben. in d. c.ve-
niẽs de iureiur.& in l.fi. C. de non num.
pec.inde ſecundũ aliquos infertur (quo-
niam iuris interpetatione compenſatio.
vim ſolutionis obtinet.l.ſi debitor ff.qui
pot.inpig.hab.) quòd nõ incurret periu-
rium is, qui iurauit ſoluere, ſi cõpenſat
per text. alium ſingularem in l. ſi pecu-
lium S.de illo ff.de ſta.lib.in quo proba-
tur, quòd conditio ſoluendi ſatis imple-
tur per compenſationem, per quem tex.
hoc ſpetiatim firmat Bar.& Ang. & Ale.
in add.ad Bar.in l.amplius col.fi.ff. rem
ra.haber. Io. Faber.in S.in benefidei nu.
4.de actio.Bal.& cæt.in c.ad noſtram lo
primo de iureiurand. Soccin. qui mul-
ta adducit in l.penul. ff. de condi. & de-
moſt. Tyndar.in tract.de compenſ. col.
26. & quamplures alij citati à Tira-
quello d.vtro. retr.S.3. glo.3. numer.6.
8 qui communiter hoc tenent †. Vnde
miramur Gozadinum contrariam opi-
nionem communiorem aſſeueraſſe in
conſ.32.num.15.& 16.
Hoc tñ intelligas procedere, quando
9 compenſatur creditum, quod fuit con-
tractum poſt iuramentum, quia tunc
hoc poteſt fieri,etiam ſi fuerit renuntia-
tum exceptioni compenſationis, reſpi-
cit enim renuntiatio illa præterita tan-
tum debita, vt ſæpiùs Sacrum Cõſilium
Neapolitanum declarauit, Afflict.deciſ.
121.nu.5.& 6.Capyc.deciſ. 167.in fin.
Item ſecundum Bal.in d. c. ad noſtrã nõ
procedit hoc, quando debitor iuraſſet ſe
verè ſoluturum,& non per iuris fictionẽ,
& Affli.

& Affli&. aliam declarationē addit, deciſ. 163. ſi debitor adeò inops reperitur vt alium modum ſatisfaciendi non habeat,

10 Quid autem ſi creditum, quod opponitur compenſandum, nō fuit proprium ipſius debitoris, ſed ab alio creditore ſui creditoris ſibi ceſſum, firmat ibidē Affli. procedere compenſationem, ſed contrarium in eadē facti ſpecie aſſerit fuiſſe deciſum deciſ. 381. ſequēdo opinionē Canoniſtarum, ꝙ debeat iuramentum præciſè ſeruari, cum alias, qui factum cū iuramento promiſit, præciſè ad illud tenetur, & hanc opin. tenuit Iaſ. conſ. 134 in inſtrumento venditionis lib. 4. id quod ſæpiſſimè dicimus iuramentum eſſe ſeruandum in forma ſpecifica, nō per equipollens, Idē Iaſ. conſ. 15. lib. 3. de qua re ad plenum agit Tiraq. de vno retrac. §. 3. glo. 3. & poſt illum Petr. Io. Ancharanus in lib. quæſtionum familiarium. c. 2. vbi tractat de conductore, qui promiſerat ſoluere penſionem ſtatutis temporibus, & poſtea fuit ex alia cauſa effectus creditor locatoris, & firmat poſſe compenſationem obijcere citrà pœnam periurij, & caducitatis.

Forma abſolutionis, quàm Summus Pontifex concedere conſueuit.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, & c. dilecto filio noſtro ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem, &c. ex parte tua fuit propoſitum coram nobis, quòd alias, vt qui aſſeris dilecti filij N. natus exiſtis, minor 25. annis exiſtens nonnullis, & quàmplimis obligationibus per ipsū N. genitorem tuum, in fauorem quamplurium perſonarum factis, te etiam principaliter inſolidum cum iuramento in ampliori forma cameræ, & guarentigia, ac multis alijs renuntiationibus, obligationibus, vinculis, & cautelis, alijſq́; clauſulis prægnantibus obligando vnico contextu, ſeu diuerſis vicibus acceſsiſti, prout in pluribus inſtrumētis obligationum in fauorem diuerſarū perſonarū factis, latiùs, & pleniùs dicitur contineri; cū autem ſicut eadē propoſitio ſubiungebat, poſtmodum tu ſucceſsiuis tēporibus aliqua, ex inſtrumentis præfatis vſurariæ prauitati ſubeſſe; alia vero meticuloſa, aliaq́; illicita, & reuerentia paterna confecta fuiſſe comperiens, cupis propterea pro tuorum iurium defenſione à quocunq́; periurij reatu prēmiſſorū occaſione, & aliàs quomodolibet incurſo abſolui, & quæcunq́; iuramenta per te ſuper præmiſsis inſtrumentis, & eorum quolibet præſtita, cum ex illis enormiter læſus exiſtas, tibi ad effectum agēdi, & excipiendi, ac de tuis iuribus experiēdi relaxari, pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt tibi in præmiſsis opportunè prouidere Apoſtolica benignitate dignaremur. Nos igitur omnium, & ſingulorū inſtrumentorū, & quarūcunq; aliarū ſcripturarū ſuper præmiſsis quomolibet confectarum, ac omnium clauſularum, pactorum, renūtiationū, cæterorūq́; quorumcunque in eis contētotum præſentibus, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo inſerta forent, pro plenè, ac ſufficienter expreſsis habentes, teq́; à quibuſuis excōmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq́; Eccleſijs ſētētijs cēſuris, & pęnis, ſi, & quibus quomodolibet innodatus exiſtis ad effectū præſētiū dumtaxat conſequendū harum ſeriē abſoluentes, & abſolutū forè cēſentes, & attendentes, ꝙ iuramentū non debet eſſe iniquitatis vinculū, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati te ad effectū agēdi tantum à quocunq́; periurij reatu per te præmiſſorū occaſione, aut aliàs quomodolibet incurſo auctoritate Apoſtolica tenore preſētiū abſoluim' & totaliter

liberamus, ac iuramenta quæcumq; per te in prædictis inſtrumentis, & eorum quolibet quomodolibet præſtita tibi etiam ad effectum agendi tantum relaxamus, teque poſtmodum ad dictorum obſeruantiam quo ad effectum præmiſſum non teneri, ac dictorum iuramentorum, aut periurij reatus occaſione à quocumque moleſtari, vexari, aut impediri, aut in iuribus tuis priuari, vel fraudari non poſſe, ſicq; per quoſcunq; Iudices tàm Eccleſiaſticos, quàm ſæculares quauis auctoritate etiā Apoſtolica fungentes iudicari, diffiniri, & interpretari debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, irritum quoque, & inanè ſi ſecus ſuper his à quocunque, quacunq; auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attemptari ad eumdem effectū agendi tantum decernimus, & declaramus, teque in eum ſtatum, in quo antequam periurio præfato incurriſſes, eras ſeu quamodolibet eſſe poteras, quo ad effectum huiuſmodi tātum reſtituimus, & plenariè reintegramus, & nihilominus dilecto filio Vicario venerabilis fratris noſtri Archiepiſcopi Neapolitani in ſpiritualibus generali per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus tibi in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtēs faciat auctoritate noſtra te abſolutione, liberatione, relaxatione, & alijs præmiſſis ad effectum pacificè gaudere, non permittens te per quoſcunque tàm Eccleſiaſticos, quàm ſæculares Iudices, & perſonas cōtrà præſentium tenorē quomolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari, contradictores quoslibet auctoritate Apoſtolica per quaſuis cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo ipſarum cenſuras, etiam iteratis vicibus agrauandi, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio bracchij ſæcularis, non obſtantibus præmiſſis, ac ordinationibus Apoſtolicis, ac tàm prouintialibus, quam ſynodalibus ſtatutis, conſuetudinibus, ac omnibus in dictis inſtrumentis contentis clauſulis,

L.

ceteriſque contrarijs quibuſcunq; nulli ergò liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, liberationis, relaxationis, decreti, declarationis, reintegrationis, reſtitutionis, & mādati infringere, vel auſu temerario contrauenire; ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationi Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum, Datum Romæ Apud Sanctum Petrum.

Bulla abſolutionis Summi Pontificis per quam alteri delegatur abſolutio

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorū Dei. Venerab. fratri Epiſcopo N. ſeu dilecto filio, Vicario in ſpiritualibus generali ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem, ſua nobis dilectus filius I. clericus, ſiue laicus B. Dioc. peritione monſtrauit, quod cum ex iuris diſpoſitione minores ſe obligare nō potuerint, nec poſſint, ac obligationes inter ipſū, & alios ſtante minori ætate ſint ipſo iure nullæ, ac aliàs tunc ipſe minor ſuaſionibus, ac minis paternis inductus ad contrahendum certas prætenſas obligationes, ſeu inſtrumenta, ſeque obligandum, ſeu pro eius patre fideiubendum, alias dolo coactus fuerit, licet nulliter, & indebitè. Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, præfatus orator ex huiuſmodi prætenſis obligationibus, & iuramentis inde præſtitis, ac mandatorum forſan exequtiuorum ſuſceptionibus, ac cenſuris inde habitis, renunciationibus enormiter læſus, & grauatus, ac defraudatus exiſtat, iuramentumque dolo extortum, vinculum iniquitatis eſſe non debeat; pro parte eiuſmodi oratoris

fuit

fuit nobis humiliter ſupplicatum quatenus,cauſam, & cauſas, quam, & quas ipſe habet,& mouet,& habere,& mouere vult, & intendit contra, & aduerſus N. omneſque alioſque,ſua communiter coninnctim,vel diuiſim intereſſe putantes, & in exequtione citationis præſentium vigore decernendæ nominandos ſuper reſciſſione Inſtrumẽtorum, ac obligationum huiuſmodi, ac nullitate iuramentorum præſtitorum,inualiditateq; inde ſequtorum, rebuſque alijs in actis cauſę,& cauſarum huiuſmodi latius deducen.ac in eiſdem inſtrumentis;ſeu obligationibus expreſſis aliquibus probis viris in illis partibus, & cuilibet eorum, cum omnibus, & ſingulis illorum incidentibus, depen. emergen. annexis, & connexis vna cum toto negotio principali coniunctim, vel diuiſim, in arbitrio ſuo ſummariè audiendas, cognoſcẽdas, & fine debito terminandas cum poteſtate citandi,& inhibendi,quibus,quos, & quoties opus fuerit, etiam ſub cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, & pecuniarijs, nec non præfatum oratorem à quibuſcunque excommunicationis, & alijs ſẽtentijs,cenſuris, & pœnis ſi quibus propterea quomolibet innodatus exiſtat, ſimpliciter,vel ad cautelam, prout iuris fuerit abſoluendi, Nec non conſtito de minori ętate,ac enormi lęſione,aut alijs præmiſſis, iuramentum ſeu iuramenta prædicta ad effectũ agendi, & excipiendi tantum, prout iuris fuerit relaxandi, ac inobedientes,& rebelles,cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe declarandi, illoſque etiam iteratis vicibus aggrauãdi,reagrauandi,& interdicendi,ac auxilium bracchij ſæcularis ſi opus fuerit inuocandi,omniaque, & ſingula, aliaq; quæ in præmiſsis, & circà ea neceſſaria fuerint quomodolibet, & oportuna faciendi,generandi,reuocandi,exercendi, & exequendi præmiſsis, ac quibus vis conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, priuilegijs quoque, & indultis, ac iuramentis,& obligationibus huiuſdi,nec non felicis recordationis Bonifa. PP. VIII. prædeceſſoris noſtri de vna,& concilij generalis de duabus dietis; dũmodo non vltra tres, ceteriſque contrarijs quibuſcumque nequaquam obſtantibus,committere, & mandare aliaſque in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Quo circà fraternitati tuæ frater Epiſcope,ſeu diſcretioni tuæ filij Vicari per Apoſtolica ſcripta mãdamus, quatenus vocati qui fuerint vocandi, ac conſtito de enormi læſione, ac minori ætate, ſeu vi, & metu prædictis iuramentis huiuſmodi ad effectum agendi, & excipiendi prout iuris fuerit relaxatis, auditiſque hinc inde præpoſitis,quod iuſtum fuerit appellatione remota decernas, faciẽs,ꝙ decerneris per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſeruari: teſtes autem qui fuerint nominati,ſi ſe gratia,odio,vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas, veritati teſtimonium perhibere Datum Romæ,&c.

Hæc forma generalior eſt,ideoq; non te moueat lector clauſula de citandis, qui fuerint citandi, quoniam, vt vides, per hanc bullam etiam totalis relaxatio commiſſa videt cum clauſula tñ prout iuris fuerit,quinimò quia ad ius,& iuſtitiam remittitur, vt illi citentur, qui fuerint citandi neceſſitate imponitur, vt nõ aliter abſolutio niſi parte citata cõceda tur; quia hoc nequaquam inducitur.

Alia forma abſolutionis Magni Pœnitentiarij.

RAINVTIVS miſeratione diuina tituli Sãcti Angeli presbyter Cardinalis, &c. diſcreto viro N. Canonico Eccleſiæ Neapolitanæ ſalute in domino ex parte nobilis viri N. nobis oblata petitio continebat,

quod

quod cum in quibuſdam promiſsionibus, quietationibus, renuntiationibus, tranſactionibus, & concordijs, ſeu alijs contractibus per eum in fauorem N. factis de quibus in quatuor inſtrumentis, vno videlicet ſub die primo Martij anni 1540. aliò ſub die, & alijs ſub eodem die celebratis latiùs fit mentio, exponens ipſe enormiter læſus, & grauatus exiſtat, cupit ad annullationem, & reſciſsionem dictorum inſtrumentorum agere, & de eius iuribus experiri iuſtitia mediante, quod facere non poteſt ſtantibus iuramentis, promiſsionibus, renuntiationibus, ſubmiſsionibus, & alijs cautelis in dictis inſtrumentis prò illorum validitate reſpectiuè, & forſan de relaxatione iuramentorum eorumdem non petendo, nec petita, vel impetrata vtendo, & alijs appoſitis Sede Apoſtolica deſuper inconſulta, quare ſupplicari fecit humiliter ſuper his ꝑ Sedem Apoſtolicã de abſolutionis debito beneficio, & opportuno remedio prouidere, Nos igitur dictorum inſtrumentorum veriores tenores, continentias, & formas, ac ſi de verbo ad uerbũ inſererentur, præſentibus, pro ſufficienter expreſsis habentes, & attendentes, quod iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis huiuſmodi ſupplicationibus inclinati auctoritate Dñi Papæ, cuius Pœnitentiariæ curam gerimus, & de eius ſpetiali mandato ſuper hoc viuæ vocis oraculo nobis facto, diſcretioni veſtræ committimus quatenus ſi eſt ita; iniuncta dicto exponenti à temeritate iurãdi, abſolutione debita præuia pro modo culpæ pœnitentiæ ſalutari, iuramenta prædicta eidem ad finem agendi, vt præmittitur ad reſciſsionem dictorum inſtrumentorum dum taxat, partibus aduerſis ſuper hoc minimè vocatis relaxetis, ipſorumque poſtmodum ad obſeruantiam dictorum iuramentorum, à quo ad dictos effectus tantum non teneri nuntietis. Datũ Romæ apud Sanctum Petrum ſub ſigillo officij Pœnitentiariæ 5. Idus Martij, Pontificatus Domini Iulij PP. anno primo.

Forma abſolutionis iuramenti qua prius vtebatur Fabrica Baſilicæ Principis Apoſtolorum.

COLLEGIVM fabricę Baſilicæ Principis Apoſtorum de vrbe Venerabili, & Reuerẽdo Dño Carolo Amato Canonico Neapolitano ſalutem, & ſinceram in Domino charitatem. Ex parte Antonij, & Garſię de Vera de Neap. nobis petitio continebat, quòd nuper, ſeu aliàs de anno 1529. die verò 11. Martij ſecundæ indicionis Neap. in publico teſtimonio conſtituti prædicti exponentes, & Io. Loyſius fratres vtrinq; coniuncti nob. Ioannæ de Vera de Neap. aſſeruerunt ſupradictam Ioannam eorum ſororem ad ętatem annorum ſexdecim in circà perueniſſe, & hucuſque non fuiſſe nuptui traditam, & ſecundum conſuetudinem Neapolitanam fuiſſe, & eſſe maſculiatam, ſubiuncto per prædictos exponentes, & Ioan. Loyſium ſe ipſos tunc in præſentiarum non habere modum aliquem ipſam Ioannam maritandi, volenteſque, & deſiderãtes, quòd dicta Ioanna eorum ſoror ſe nuptui tradat, ſpontè non vi, dolo, metu, nec perſuaſionibus inducti, ſed eorum, & cuiuslibet ipſorum mera, pura, & ſpõtanea voluntate, & omni meliori modo, via, iure, forma, & cauſa contenti remanſerunt, quòd ſupradicta Ioanna eorum ſoror eſſet, & eſſe deberet hæres in omnibus tam mobilibus, quàm ſtabilibus, actionibus, creditis, & nominibus debitorum remanſis in hæreditate, & poſt mortem, quondã magnifici Antonij de Vera eorum communis patris, vna cum ipſis fratribus pro equali parte, & portione; Itaque prædicta Ioanna habere deberet quartam par

tem

tem dictorum bonorum, tam mobilium quam ſtabilium, iurium, & actionum remanſarum in hereditate, & poſt mortem dicti quondam Antonij eorum patris ad omnem ipſius Ioannę voluntatem, & requiſitionem ſimplicem, vel ſollemnem de qua valeret ſe maritare, & alias facere prout eius arbitrio voluntatis ſine obſtaculo, aut contrarietate aliqua ipſorum fratrum ponentes, & inducentes in poſſeſſionem, tenutam, & proprietatem dictæ quartæ partis, & pro ea in eorum locum, ſtatum, priuilegium, conſtituens prædictam Ioannam procuratricem veluti in rem propriam, ita quod poſſet, & valeret de dicta quarta parte bonorum prædictorum, & iurium hæreditatis dicti quondam Antonij agere, & experiri in iudicio, & extra, & quemadmodum prædicti fratres poterant, & volebant ante dictum cõtractum declarationis, ſeu ceſſionis cedẽdo forſitan, & omne ius, omnemque actionem realem, vel perſonalem, vtilem, vel directam, ciuilẽ, & prætoriam, anomalam, & obliquam, & in rem ſcriptam, & omnem aliam actionem, & ius melius competens, & cõpetentẽ, competiturum, & cõpetituram quomodocunque, & qualitercunq; in, & ſuper dicta quarta parte hæreditatis prædictæ, & promiſerunt dicti fratres, & quilibet ipſorum per ſollemnem ſtipulationem legitimè interuenientem dictæ Ioannæ abſenti, & notario publico præſenti pro ea, eiuſq; hæredibus, & ſucceſſoribus declarationem contentam, ceſſionem modo præmiſſo factas, ac prædicta omnia, & ſingula contenta in dicto inſtrumẽto ſemper, & omni futuro tempore habere ratas, gratas, & firmas, ac rata grata, & firma, eaque attendere, & obſeruare, & contra non venire, dicere, opponere, & allegare, diuertere, vel peruertere, aut aliquam litem, moleſtiam, ſeu controuerſiã mouere, ſeu moueri facere in iuditio, nec extra, ex quacunque cauſa iuſta, vel iniuſta etiã ratione vis, metus, fraudis, læſionis enormis, & enormiſſimæ, perſuaſionis, ſeu cuiuſuis alterius occaſionis, etiam alicuius neceſſitatis, pro quibus omnibus obſeruandis, & ſingulis contentis in dicto inſtrumento formiter adimplendis prædicti exponentes, & quilibet ipſorũ obligauerũt ſe ad certã pœnam, ſeu pœnas cum conſtitutione precarij, ſeu conſtituti, ac poteſtate capiendi in ampla forma, ac obligauerunt ſe, & quemlibet ipſorũ hær. & ſucc. & bona omnia mobilia, & ſtabilia, ſeſeque mouentia præſentia, & futura, iura, & actiones, & nomina debitorum, & omnia alia, quæ ſub appellatione bonorum venirent, eaque, quæ abſque ſpetiali, & expreſſa obligatione non comprehenderetur, & forſitan bona feudalia Regio tamẽ aſſenſu reſeruato, & renuntiauerũt cum iuramento ſeu ſupradictis actioni, & exceptioni doli, mali, vis, metus, fraudis, læſionis enormis, & enormiſſimæ, rei non ſic geſtæ, & aliter habitę, quam fuerit expreſſum conditioni indebiti ob cauſam, vel ſine cauſa, vel ob turpem cauſam, conditioni in factum, & de dolo, beneficio reſtitutionis in integrum, etiam ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa, beneficio cedendarum actionum, ac diſcuſſionis, & ordinis, ac toto titulo de duobus reis l. 2. & toto C. de reſcin. vend. ac legi per quam deceptis ſubuenitur, & omnibus alijs iuribus & legum auxilijs in corpore vtriuſq; iuris contentis; Regniq; conſtitutionibus, capitulis, pragmaticis, ritibus, & conſuetudinibus ſcriptis, & non ſcriptis, etiam Neapolitanis, & alijs exceptionibus, diminutionibus, compenſationibus, præuentionibus, etiam ſi de eis penderet lis in Sacro Conſilio, ſeu alio quouis tribunali, etiã ſupremo, reſcriptis, literis, priuilegijs, & beneficijs, & cæris quibuſcũque de quibus oporteret fieri ſpetialis mentio, & in generali renuntiatione nõ venirent, & legi dictanti generalem renuntiationem non valere, & probationis modum non eſſe anguſtandum, quibus omnibus, & propter quæ, & quolibet prędictorum prædicti exponẽtes, & quilibet ipſorum contra præmiſſa, & contenta

tenta in dicto inſtrumento venire poſſet
ſe tueri certiorati prius, vt dixerunt per
iuris peritum de prædictis iuribus, & ef-
fectibus renuntiationum antequam ei-
dem, & eorum beneficijs renuntiarent,
& iurauerunt ad quatuor S. Dei Euãge-
lia corporaliter tactis ſcripturis prædi-
cta omnia, & ſingula contenta in dicto
inſtrumento fuiſſe, & eſſe vera, eaque
actendere, & obſeruare, & contra non
venire, vt ſupra, & promiſerunt abſolu-
tionem, ſeu abſolutiones à iuramento,
ſeu iuramentis, non impetrare, nec im-
petrari facere, aut impetrationi conſen-
tire, & ea ſeu eis impetrata, & impetra-
tis, non vti facere in iuditio, ſeu extra,
imò obſeruare eã ita, ac ſi fuiſſet, & eſſet
ſubreptitiè, & obreptitiè obtẽpta, & ob-
temptæ tacita veritate, & expreſſo mẽ-
datio, & per huiuſmodi impetrationem
incidiſſe in reatum periurij, ſeu periurio-
rum, & tamquam periurios debere re-
pelli à limine iuditij, & non audiri con-
tra promiſſa, & ſubiunxerunt prædicti
exponentes, quòd in prædictis, non ſolũ
ſunt enormiter læſi, verum etiam prædi-
ctus Antonius Exponens tunc carcera-
tus exiſtens in quadram neceſſitate, &
ipſe Garſias perſuaſionibus fuerunt du-
cti, quibus de cauſis, & vnaquaque ip-
ſarũ, ita, & taliter, quòd ſufficiat, & alijs
forſitan latiùs in iuditio deducendis in-
tendunt ad reſciſſionem, ſeu annullatio-
nem deuenire, & de eorum iuribus in iu-
ditio experiri, quòd tamen facere dubi-
tant ſtantibus prædictis iuramentis, &
alijs, prout in inſtrumentis deſuper con-
fectis latiùs dicitur contineri, cum autẽ
ſicut eadem petitio ſubiungebat dicti
exponentes ex inſtrumentis præfatis ſe
enormiter læſos, & grauatos ſentiant, cu-
piantque ad illorum reſciſſionem agere,
& de iure ſuo experiri, id tñ facere non
poſſunt obſtantibus iuramẽtis prædictis
ſupplicari fecerunt humiliter ſibi ſuper
hijs per nos de opportuno remedio miſe
ricorditer prouideri; nos igitur dictorũ
inſtrumẽtorum tenores, ac iuramentorũ
prædictorum qualitates præſentibus pro
ſufficienter expreſſis habentes, actẽden-
tes, quòd iuramentum iniquitatis vincu
lum eſſe non debet, & quòd non dicti
exponentes ad ſubueniẽdum imminen-
tibus neceſſitatibus, & maximis expẽ-
ſarum oneribus dictæ fabricæ cuius cu-
ram habemus, & quam ſumma cum di-
ligẽtia proſequimur manus audiutrices
iuxta ordinationem ſibi per infrançtum
noſtrum, & dictæ fabricæ commiſſarium
datum; porrexerint, ſupplicationibus
huiuſmodi inclinati auctoritate Apoſto-
lica nobis per Sedem Apoſtolicam con-
ceſſa, & nouiſſimè confirmata diſcret-
tioni veſtræ committimus quatenus ini-
uncta inde dictis exponentibus pro mo-
do culpæ, pœnitentia ſalutari à temeri-
tate iurandi, periurijque reatu per dictos
exponentes forſan incurſis, abſolutione
debita præuia iuramentorum prædicto-
rum (dummodo ſuper obligatione in for
ma cammeræ præſtita nòn fuerint) eiſdẽ
exponentibus ad effectum agendi, & de
iuribus ſuis experiendi tãtum parte ad-
uerſa ſuper quibus contrauenit ſumma-
riè, & extra iudicialiter procedendo vo-
cata, ſuper alijs verò, quibus non con-
trauenit minimè vocata relaxetis, ipſoſ-
que exponentes ad dictorum iuramen-
torum obſeruantiam quo ad dictum ef-
fectum non teneri decernitatis, non ob-
ſtantibus præmiſſis cæteriſque contra-
rijs quibuscunque, in quorum omnium
& ſingulorum fidem præſentes fieri, &
per commiſſarium, ac notarium infra-
ſcriptum ſubſcribi ſigilliique dictæ fa-
bcicæ iuſſimus, & fecimus appenſione
communiri. Datum Neap. in officio fa-
bricæ die 5. menſis Maij. 1556.

Reuocatio Indulgentiarum, ac facultatum fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorũ in Italia tantum, & S. Spiritus in Saxia de Vrbe alijſq; hoſpitalibus, monaſterijs, & alijs pijs locis vbiq; conceſſarum.

PIVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. De cõmiſſo nobis vniuerſalis Eccleſię regimine ita nos oportet eſſe ſollicitos, vt propenſiore ſtudio caueamus ne illa quæ hactenus multorum precibus, & inſtantijs pro animarum ſalute tam à nobis, quàm diuerſis alijs Romanis Pontificib. prædeceſſoribus noſtris piè conceſſa ſunt peruerſæ mentis hominum ab vſu in grauem cedant animarum iacturam, neue Chriſti fideles cuiuſuis Indulgentiæ peccatorum remiſſionis, vel facultatis, aut priuilegij obtemptu procliuiores ad illicita in poſterum perpetranda reddantur, ac nimia veniæ facilitas eis peccandi tribuat incentiuum ſanè cum nos (auſpice Chriſto) nuper ad generalem tribunalium almæ Vrbis Curiæque noſtræ officiorum omnium debitam, ac ſalubrem reformationem certis tunc rationalibus cauſis moti perrexerimus, ac quoſdam qui in illis diuerſimode præter mentem noſtram committebantur ab vſus per noſtram prouidentiam remouerimus, reformationem huiuſmodi inſequentes in alios etiam hominum ſtatus nõ minores ob cauſas dirigere ſaluberrimũ eſſe cenſemus, attendentes igitur, quòd licet alias nos, ac diuerſi Romani Pont. prædeceſſores noſtri, vt Chriſti fideles præfati ad charitatiua, & pia opera exercenda promptiores redderentur, ſicque illarum animarum ſaluti, nec non fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe manutentioni, & ſtatui, ac hoſpitalis noſtri Sancti Spiritus in Saxia de eadem vrbe, ac aliorum priorum locorum, & confraternitatum commodati, & pauperum, ac miſerabilium, & aliarum perſonarum in eis pro tempore degentium ſubſtentationi, ac oportunæ ſubuentioni ritè conſuleretur, ac ex certis tunc expreſſis rationabilibus cauſis diuerſas Indulgentias, peccatorum remiſſiones, conceſſiones, gratias, priuilegia facultates, etiam diſpenſandi ſuper impedimentis matrimonialibus, vel alijs quibuſcunque defectibus, & irregularitatibus, & abſoluendi, & indulta eiſdem fabricæ, & hoſpitali, ac illorum commiſſarijs, præceptori, & miniſtris conceſſerimus; nihilominus ſicut non ſine graui mentis noſtræ perturbatione nuper intelleximus tam Baſilicæ fabricæ, quàm hoſpitalis, & aliorum locorum, & confraternitatum commiſſarij, & miniſtri huiuſmodi Indulgentijs, peccatorum remiſſionibus, conceſſionibus, gratijs, priuilegijs, ac diſpenſandi, vt permittitur, ac abſoluendi, & alijs facultatibus, & indultis ſibi conceſſis prędictis in graue illorum animarum periculum diuerſimode abutantur, ac circà illa non mediocres committuntur errores in ſcandalum plurimorum, ac diuinæ Maieſtatis offenſam. Nos igitur debitam gregis dominici curam habere, & ne tales abuſus piorum mentes polluant, ac piè conceſſa hominum malitia animarum ſaluti detrimentum afferant, vt par eſt prouidere, ac quantum in nobis eſt ſcandalis obuiare, & animarum ſaluti conſulere volentes, nec non Indulgentiarum, remiſſionum, conceſſionum, gratiarum, priuilegiorum, facultatum, & indultorum fabricæ, ac hoſpitali, nec non alijs locis, & confraternitatibus, ac cõmiſſarijs, præceptori, & miniſtris conceſſorũ huiuſmodi veriores tenores præſentibus pro expreſsis habẽtes motu proprio, non ad alicuius ſuper hoc nobis oblatę petitionis inſtantiã; ſed

de noſtra mera deliberatione omnia, & ſingula indulgentias, etiam plenarias, ac peccatorum remiſſiones, nec nō conceſſiones, priuilegia, indulta, & facultates, etiam diſpenſandi, vt præmittitur, & abſoluendi non tamen relicta, & hæreditates, etiam ad pias cauſas exequi faciendi, & illa ſeu eorum partem dictæ fabricæ iuxta tenorem priuilegiorum prædictorum applicandi, nec non commiſſarios, & debitores ipſius fabricæ ad illi reddendum computa, & ſatis faciēdum de adminiſtratis, & debitis per eos prout hactenus fieri conſueuit cogendi, & compellendi fabricæ, & hoſpitali prædictis nec, non monialium Spiritus Sancti Venetiarum, alijſque eiuſdem Sancti Auguſtini, ſeu aliorum ordinum, tam virorum, quàm mulierum, monaſtetijs, ac hoſpitalibus. Eccleſijs, cappellis, altaribus, confraternitatibus, ſocietatibus, & alijs pijs à dicto hoſpitali Sancti Spiritus dependentibus, ſeu in eius membrum, aut granciam quauis, etiam Apoſtolica auctoritate erectis, ac illorū perceptoribus, abbatibus, abatiſſis, prioribus, & prioriſſis, confratibus, ſeu illorum conuentibus, ac commiſſarijs, nec non miniſtris quo ad fabricam videlicet in Italia dumtaxat; quò verò ad hoſpitalia, & monaſteria, confraternitates, & ſocietates, ac alia loca huiuſmodi, tam in Italia, quàm alias vbiuis locorum, ex quibuſuis cauſis, & ad quorumuis, etiam Principum quorumcunque inſtantiam, vel eorum intuitu conſideratione, vel contemplatione, etiam motu ſimili, & conſiſtorialiter, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam ſi illa ſub quibuſvis reuocationibus, alterationibus, vel limitationibus, ſimilium, vel diſſimilium indulgentiarum, cōceſſionum, gratiarum, priuilegiorum, facultatum, & indultum in toto, vel in parte minimè comprehenderentur, & quoties illa reuocari contingeret totiens in priſtinum ſtatum reſtituta eſſent, & eſſe cenſerentur, irritanti, & decreto deſuper forſan adiecto, ac cum alijs quibuſuis clauſulis quomodolibet conceſſa, ac iteratis vicibus approbata, & inuocata, præterquem quo ad ea, in quibus iam ſuum ſortita ſunt effectum Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò reuocamus, caſſamus, annullamus, irritamus, & viribus vacuamus, diſtrictus inhibentes eiſdem præceptoribus, abbatibus, abatiſſis, conuentibus, confratibus, & miniſtris, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordis, & conditionis exiſtentibus, ac etiā Archiepiſcopali, Epiſcopali, aut alia maiori dignitate fungentibus in virtute ſanctę obedientiæ indignationis, nec nō excommunicationis latę ſententiæ pœnis, ne de cætero indulgentijs, conceſſionibus, gratijs, facultatibus, etiam diſpenſandi, vt præmittitur, & abſoluendi priuilegijs, & indultis prædictis vti, ac de illis ſe intromittere, quoquo modo audeant, ſeu præſumant, ac decernentes ex nunc irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquā quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter continge-rit attentari, non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſuis indultis, litteris Apoſtolicis forſan in commiſſarium, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, etiam per nos conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus illorum omnium veriores tenores præſentium pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dūtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus cæteriſqne contrarijs quibuſcunq; aut ſi aliquibus cōmuniter, vel diuiſum ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod intercedi, ſuſpendi, vel excommunicari, non poſſint per literas Apoſtolicas non facientos plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem; & qualibet alia dictæ Sedis Indulgentia generali, vel ſpeciali cuiuſcunque tenoris exiſtat per præſentes non expreſſam; vel totaliter, nō inſertam effectus huiuſmodi gratiæ impediri valeat, vel quomodolibet differri,

fieri, & de qua eiuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, vt autem præſentes literæ ad cunctorum notitiam deueniant, volumus, & mandamus illas in dictæ Baſilicæ valuis, ac Aciæ Campi Floræ affigi, vt hi, quos literæ ipſe concernunt, ſeu concernere poterũt quomodolibet in futurum quod ad ipſorum notitiam non peruenerint, vel illas ignorauerint, quo minus eos artent perinde, ac ſi perſonaliter, intimatæ forent nullam poſſint excuſationem prætendere, vel ignorantiam allegare, cum non ſit veriſimile apud eas remanere incognitum, quod tam patenter extitit publicatum. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum reuocationis caſſationis, annullationis, irritationis, vacuationis, inhibitonis, decreti, voluntatis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſiquis autem hoc attẽptare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerint incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum. Anno Incarnationis Domicæ Milleſimo quingenteſimo, ſexageſimo ſecundo tertiodecimo Klen. Octobris Pont. noſtri anno tertio.

Anno à Natiuitate Domini milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo ſecundo Indictione quinta die verò prima menſis Octobris Pontifi. Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri D. Pij Diuina Prouidentia PP. Quarti anno eius tertio ſupradictæ literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac in Acie Campi Floræ dimiſſis ibidem in ſupradictis locis copijs earundem retroſcriptarum literarum affixis per nos Iulium Parinum, & Bartholomæum ſotto caſa Santiſſimi D. N. Papæ curſores.

Finis Libri Secundi.

De allegatione ſequēti meminit Fabius de Anna Regius Conſiliarius Doctiſsimus ex antiquiſſima Familia de Anna eques nobiliſſimus in nouiſsimis additionibus ad repetitionem c.primi de vaſſallo decrepitæ ætatis Ioannis Vincentij de Anna eiuſdem Fabij genitoris equi Doctiſſimi, ac talis filij patris digniſſimi in 2. vol. allegat. fol. 244. num. 143. per hæc verba.

Licet in dicta cauſa Octauiani Carafæ Doctiſsimus Ioan.Camillus Bilocta Fiſci criminum patronus numquam ſatis laudatus, vir omnium ſcientiarum peritiſsimus, loculentiſsimè pro Regio Fiſco tenuiſſet, cuius maximi viri authoritas, ac doctrina poſtea dubiam reddidit quæſtionem.

IO. CAMILLI BILOCTAE I. C. DOCTISSIMI.

ALLEGATIONES

In Cauſis tam Regij Fiſci, quam priuatorum tutandis elaboratæ.

ALLEGATIO PRIMA.

Pro Regio Fiſco contra Magnificum Octauianum Carafam Baronem Geldoni.

Tractatur quæſtio, an publicatio bonorum in crimine vſurarum ſpectet Domino vtili, an verò directo.

SVMMARIVM.

1 *Baro non habens clauſulam in priuilegio cum publicatione bonorum, an poſſit cognoſcere de crimine vſurarum.*

2 *Vſurarum in crimine eſt pœna publicationis bonorum in Regno, nu. 7.*

3 *Exemplis non eſt iudicandum.*

4 *Tex. ac gloſ. in l. vnic. C. ne ſine iuſſu Princ. declarantur, & nu. 25. nouiter explicantur.*

5 *Publicatio bonorum, quæ fit ex conſequentia pœnæ, quæ ſit, & quod eam non poſſunt imponere, niſi qui habent merum imperium.*

6 *Publicatio, ſeu confiſcatio, quæ fit principaliter, & quæ ſit ea, quam magiſtratus poſſint imponere.*

7 *Publicationis pœnā, quādo non ea eſt ſpecialiter in lege ſtatuta, quando & qui iudices poſſint imponere.*

8 *Publicatio bonorum duplex extraordinaria, & ordinaria, & earū declaratio.*

9 *Barones de iure cōmuni, an cogniti.*

10 *Barones de iure communi non habebant iuriſdictionem.*

11 *Publicata bona non ipſi iudici applicabantur, ſed Reipublicæ, vel Imperatori.*

12 *Baro eſt Iudex ſuorum vaſſallorum & nil aliud, niſi aliud habeat ex priuilegio à tenore inueſtiture.*

13 *Baro non habet iuriſdictionem cauſarum criminalium de iure Regni niſi in ſpecie concedatur.*

14 *Baro iuriſdictionē criminalem, an habeat, vt delegatus, quod non cōtra Afflictum.*

15 *Clauſula cū mero miſtoq; Imperio, & gladij poteſtate eſt neceſſaria, alias in generali conceſſione non veniret.*

16 *Princeps concedendo caſtrum, cum iuriſdictionibus omnibus non cenſetur conceſſiſſe merum Imperium.*

17 *Barones ſunt officiales Regis non ratione feudi, ſed priuilegij.*

18 *Regalia non veniunt in conceſſione*

niſi

niſi expreſsè concedantur, etiam ſi ſit conceſſum merum, & miſtū Imperium, & omnimoda iuriſdictio.

19 *Clauſula cū aquis, molendinis, paſſibus, &c. eſt neceſſaria in priuilegijs.*

20 *Publicatio bonorum eſt de Regalibus & reſeruatis Principi.*

21 *Regalia quo iure reſeruata.*

22 *Tex. in cap. 1. quæ ſint regalia declatur, & quomodo publicatio bonorum reſeruata ſit.*

23 *Gabellarum impoſitio, nec alia Regalia veniunt conceſſo Imperio.*

24 *Afflictus in pluribus locis tenuit pro Fiſco.*

25 *Barones nō habentes clauſulam cum publicatione bonorum, non poſſunt publicare, & licet poſſent cognoſcere, non tamen poſſunt applicare ſibi bona.*

1 SVPER Articulo. An Baro qui non habet in priuilegio clauſulam, cū publicatione bonorum poſſit cognoſcere de crimine
2 vſurarum †. In quo per conſtitutionem Regni eſt impoſita pœna publicationis bonorum. Fuit hoc tempore hæſitatum in M. C. in quo licet afferantur aliquæ determinationes, quæ videntur factæ in fauorem Baronum, remittendo nonnullas cauſas; veritas eſt, quod articulus meis temporibus numquam fuit diſcuſſus. Sed ex facti varietate fuerunt ſumptæ aliquæ determinationes: aliquando ex verbis priuilegiorum, quæ habebant hanc clauſulam, vt in cauſa Magnifici Bartholomæi Caraccioli. Aliquando autem, potius ex cognitione grauaminum, quæ prætendebantur illata carceratis, qui ex capite grauaminum recurſum habuerunt ad Magnam Curiam, & non diſcuſſo puncto cognitionis vſurariæ prauitatis, fuit cauſa remiſſa, vt in cauſa Ducis Magdaloni. Quicquid ta-
3 men ſit †, exemplis non eſt iudicandum Sed quæſtio iſta ſollemniter eſt examinanda, ob maximum præiudicium, quod ſecum affert; cum agatur de publicatione bonorum, quam facile Barones huius Regni anhelant.

Qui Barones defendunt, principale
4 pro eis argumentum ſumunt ex Theorica Ioannis Gloſſatoris, relata, & ſecuta ab Azone, in gloſ. in l. vnica. C. ne ſine iuſſ. princip. certis iudic. liceat cōfiſcar. intelligendo illam legem, cum principaliter adimuntur bona, non ex cōſequentia criminis: ex conſequentia enim criminis à quolibet confiſcantur, ſubdens ibi gloſa, quod facit pro hoc l. relegati, in fin. ff. de pœnis.

5 Hanc diſtinctionem latiùs proſequitur idē Azo. in ſumma eiuſdem tituli ne ſin iuſſ. prin. exemplificādo publicationem, quæ venit principaliter, vel excon-
6 ſequentia pœnæ: † dicens, quòd confiſcatio quandoq; fit ex conſequentia pœnæ, cum quis deportatur, vel damnatur in metallum, quia bona publicātur, vt in l. 2. & 3. C. de bon. proſcript. & illud non conceditur niſi his, qui habent merum Imperium. Quandoque fit confiſcatio principaliter, vt propter inceſtas nuptias & tunc quia eſt ordinaria pœna ſtatuta per legem, quilibet magiſtratus cognoſcere poſſet, etiam municipalis; quia cauſa talis pecuniariter proponi poteſt.
7 † Vbi autem non eſt ſtatuta in lege ſpecialiter confiſcationis pœna, ſed Iudex pro aliquo delicto ex arbitrio ſuo vult eam ſtatuere non licet ei, niſi in ſumma adminiſtratione ſit; puta quia illuſtris, vel ſuper illuſtris, vel niſi concedatur ei à Principe. Hanc diſtinctionem Azonis ad breuia verba ſatis magiſtraliter reduxit Oldrad. conſ. 172. col. Dicens, quod confiſcatio bonorum quædam eſt extraordinaria ideſt in caſu non expreſſo à iure, ſed ex Iudicis poteſtate,
8 & iſta conceditur † illuſtribus in ſumma poteſta-

poteſtate poſitis, & de hoc loquitur titulus ne ſine iuſſ.Principis,&c. Alia eſt confiſcatio ordinaria Ideſt in caſu à lege permiſſo,vel ex Regni conſuet. generaliter, & iſta fit per quemcunque Iudicē habentem merum Imperium. Et ſic tranſeunt,Cyn.Bald. Salyc. & alij, parum, aut nihil à verbis differentes, ſed eandem diſtinctionem ſequentes.

Infertur hoc, quod cum in crimine vſurarum,impoſita ſit publicatio bonorum per conſt.Regni,vſurariorum,& ſic veniat principaliter in pœnam, eo ipſo quod Baro habet merum,& mixtum Imperium, habeat etiam bonorũ publicanem;& ita determinat Iacobi, in inueſt. feud.in verſ.cum mero imper. nu.8.verùm ſicco pede pertranſit,& nihil aliud adducit niſi diſtintionem ſuperiùs relatam.

Ego,cum diuitiùs ſuper hoc articulo cogitaſſem in hanc ſententiam ſemper veni,vt allucinari putem, qui hodie per terminos tactos in l. vnica, ne ſin iuſſ. princip.putent hãc quæſtionem decidi, & firmiter teneo contrarium,quam opinionem in duobus locis tenuit Afflict. Et quia ſimiliter ipſe ſicco pede pertrãſit,conſideraui nonnulla,quæ ni fallor, omnem penitus dubitationem tollunt, & argumenta,quæ cum maxima tamen fallacia fiunt ex diſtinctione bonorũ in titulo ne ſin. iuſſ. princip. & vt clarior res ſiat,procedam per claras concluſiones.

10 In primis dico Iure communi Barones,aut cognites non fuiſſe,vt latè examinat Freccia in princip.ſui operis, aut ſaltem iuriſdictionem nõhabuiſſe,quoniam ex ſanctionibus feudalibus hoc paulatim proceſſit. Ideò terminos d. l. vnicæ,ne ſine iuſſ,princip.tamquam de Magiſtratibus, & iudicibus loquentes non potuiſſe intelligi niſi de cognitione iudiciaria, non autem de applicatione, & comodo bonorũ, quæ veniebant pu-

11 blicanda †: quoniam illa non ipſi Iudici,qui ius dicebat,ſed Reip.aut Imperatori applicabãtur.Negari ergò non poteſt de cognitione tantum Doctores illos potuiſſe tractare.Et ſi hoc ita intelligeretur,diuerſum eſſet Barones cognitienem,aut applicationē bonorum prætendere.Ideò neceſſe eſt ad aliam concluſionem deuenire, quomodo veniat conceſſa applicatio bonorum.

Secunda cõcluſio,quod prætermiſſa diſpoſitione iuris communis, in qua nõ eſt conſideratio iuriſdictionis Baronalis;hoc etiam procedit de iure feudorũ, & iure Regni,quorũ diſpoſitione actenta,† Baro nihil aliud habet,niſi ꝙ eſt Iudex ſuorum vaſſallorum,Et omne illud quod præter hoc habet, ex priuilegio, & tenore inueſtituræ conſequitur;vt ita non pari Imperio vtatur, ſed tantum habeat,quantum Rex concedit. Quod præcipuè ſibi locum vendicat in iuriſdictione cauſarum criminalium†;quam non habet,niſi in ſpecie concedatur per conſtit.Regni.Ea quæ ad decus:ꝙ in tãtũ eſt verũ,vt Afflict.cẽſuerit † Baronē iuriſdictionē ciuilē habere, vti ordinarius:Criminalē verò tanquã delegatus, Quæ opinio licet vera non ſit,eſt tũ hoc verum,quod ſiue delegatus,ſiue ordinarius habet ex priuilegio, † In quo non ſine neceſſitate ponũtur illa verba,cum mero,& mixto Imperio, & gladij poteſtate, quia ſi in ſpecie non diceretur ex generali conceſſione non veniret Iſer. in titul. quæ ſint Regalia. In verſ. poteſtas creandi Magiſtratus. Frec. de ſub feud.in 10.& 13.author libr. 11.& dicit Afflict. in tit.de pace tenend. §. ſiquis aliquem, † quod princeps dando caſtrum cum iuriſdictionibus omnibus, non videtur concedere merum Imperiũ ſed ſi exprimat nominatim,& concedat cum mero,& mixto Imperio, poſſunt cognoſcere:& tunc habent ex priuilegio; † & ſunt officiales Regis non ratione feudi,ſed ratione priuilegij. Hoc etiam tenuit Aluarot.in tit.de pace tenend.§. ſiquis hominem.

18 Tertia concluſio,quod ſi merum Imperium non venit,tanto minus veniunt Regalia, quæ ſunt Principi reſeruata & niſi expreſsè concedantur inquantũcunque generali conceſſione meri, & mixti

(Margin numbers in right column: 12 ta,†; 13 diction; 14 tũ eſt; 15 rius; 16 quis aliquem; 17 † & ſunt)

mixti Imperij, ac omnimodę iuriſdictionis non veniunt Iacobi in verſ. cum Im-
19 perio num. 16. & 18. † Ideò ponuntur paſſim in priuilegijs, cum aquis, molendinis, paſsibus, pontibus, facultate commutandi pœnas, & alia ſimilia de regalibus, quæ ſi ſpecialiter non exprimuntur non veniunt.

20 Quarta concluſio. Puplicationem bonorũ eſſe de reſeruatis principi, & de regalibus; & in hoc eſt conſiderandum,
21 † quod iſta Regalia fuerunt recollecta, & reſeruata per legem feudalem Federi, & ſic longè poſt tempora legis vnicæ, ne ſine iuſſ. princip. Eſt etiam conſiderandum, quod omnem ſpeciem publi-
22 candi bona reſeruauit, quia dicit † bona committentium crimen læſæ Maieſtatis. Item bona damnatorum, & poſtea ſubdit, cõtrahentium inceſtas nuptias quis in hoc non videt, quod in ſpecie reſeruauit illas bonorum publicationes, quæ conſiderantur per Doctores in l. vnica. Quia dum dicit bona committentium crimen læſæ Maieſtatis; & bona damnatorum, habet reſpectum ad illam publicantionem, quæ veniebat inconſequentiam delicti. Dum verò dicit contrahentium inceſtas nuptias, habuit reſpectum ad illam, quæ venit principaliter in pœnam; & ſic omnem publicationem ſibi reſeruauit. Et ideo cum antea iure Codicis, potuiſſet dici, cognitionem illam (non autem applicatio) vt ſæpiùs conſiderant, eſſe de mero Imperio, hodie eſt de Regalibus. Ideo abſurdum eſſet dicere, conceſſo Imperio venire publicationem bonorum, quæ eſt de Regalibus:
23 † ſicuti nec impoſitio gabellarum, nec alia veniunt, vt per Iacob. ibi, quem auctorem alioquin clariſsimum, miror ita facilè deceptum, vt in eodem quaſi contextu verborum dixerit, impoſitionem gabellarum non venire in conceſsione meri Imperij, & omnimodæ iuriſdictionis, ea ſola ratione, quia eſt de Regalibus; & ſtatim poſtea dicat, habentium in ueſtituram cũ mero Imperio poſſe bona publicare, cum hæc equè ſint de Regalibus, & militat eadem ratio.

Quinta concluſio, quod multa reperiuntur priuilegia, quæ habeant particularem inueſtituram cum clauſula iſta, cum publicatione bonorum. aliqua verò non habent; diuerſitas hæc, vt aliquãdo exprimatur aliqñdo nõ, hoc clarè infert vt non intelligatur cõceſſa, niſi exprimatur, quia non eſſet neceſſariũ exprimere ſi cũ conceſsione meri Imperij veniret.

24 Vnde verior eſt opinio, quod non poſſunt Barones non habentes in priuilegio hanc clauſulam, bona publicare, & ita in ſpetie firmat Afflict. in titul. quæ ſint regal. in verſ. cõdemnatorm nu. 39. motus ex hac ratione, quia publicare bona eſt ius regale. Idem tenuit in duobus alijs locis videlicet in cap. 1. §. ſiquis hominem nu.. 5. 10. notabil. & §. ſiquis aliquem nu. 16. de pace tenend. vbi dicit hoc tenuiſſe Andr. ibi, in illis verbis, patet ergò; credo quod voluerit allegare in §. hæreditate, vbi hoc plenè tractat.

25 Et quod ſit ſaltem hoc veriſſimum, quo ad applicationem bonorum, vt licet poſſet cognoſcere, non tamen ſibi applicet. videatur Angel. de Peruſio in l. vnica C. ne ſine iuſſ. princip. qui dicit hæc verba formalia. Attende quod quandoque ex crimine venit inferenda pœna publicationis bonorum tacitè, vel expreſsè, & tunc omnis habens merum Imperium poteſt hanc pœnam imponere l. fin. ff. de offic. præfect. vigil. & l. illicitas §. qui vniuerſa. Subdit poſtea, in hoc tamen ne decipiaris, quia benè poteſt publicare bona Erario Cæſaris, aut Papæ, vel non Erario in quo deliquit cui regimen præeſt habens merum Imperiũ; ſaluo niſi illa ciuitas haberet regalia, hunc Angelum alius Angelus Aretinus ſequitur in tract. maleficiorum verſ. & bona publicamus. Io. Camilli Bilocta.

ALLEGATIO.

SECVNDA.

Pro

Tractatur num ſit præſtandum adhoã ab eo, quod ſuper feudo habet annuam perceptionem.

SVMMARIVM.

1 *Adhoa ſoluitur ab vtili Domino, in locum perſonalis ſeruitij pro feudo debiti directo domino.*

2 *Adhoã exigere, vel ſeruitium perſonale in domini eſt electione.*

3 *Adhoã ſiue releuium vtrum ſoluat, qui percipit annuos introitus ſuper feudo.*

4 *Adhoa quòd praſtatur ex fructibus feudi quomodo intelligitur.*

5 *Vſusfructus nihil habet commune cũ dominio.*

6 *Vſusfructuarius non venit appellatione domini, & ideo vſusfructuarius feudi dominus non eſt.*

7 *Vſusfructuarius non tenetur ad onera, qua tendunt ad Dei conſeruationem, & perpetuam vtilitatem.*

8 *Adhoa non ſoluitur pro vita, & militia.*

9 *Feudum poteſt conſiſtere in annua praſtatione, quando annuus redditus, vel ciuilis annona infeudatur.*

10 *Rex feuda creat, & nouas dignitates conſtituit, non etiam vtilis dominus.*

11 *Feudum conſtitui non poteſt in annuis introitibus, ſeu perceptione annua, niſi annui introitus perpetui ſint, ſiue ad longum tempus.*

12 *Longum tempus ad minus debet eſſe decem annorum.*

13 *Donatio ſine inſinuatione ſubſtinetur ratione incertitudinis temporis vita donatarij.*

14 *Legatũ in ſingulos annos, pro primo anno dicitur purum, in ſequentibus verò conditionale.*

15 *Annua perceptio, nec ius in re, nec poſſeſſionem tribuit, ſed tantum ius exigendi de ſui natura, quod limita num. 18.*

16 *Obligata prædia minimè intelliguntur, ex quibus annui redditus percipiuntur.*

17 *Donans annuam perceptionem ſuper feudo, poteſt de feudo diſponere, & aliunde ſoluere donatario.*

18 *Aſſenſus effectus.*

AD oſtēdendum non teneri magnificũ Io. Antoniũ ad ſolutionē adhoæ ꝓ annuis ducatis 100. ſibi in vita donatis ſuper fructibus, & introitibus Ciuitatis Turſi; ſtatuenda primum vera, ac principalis huius
1 rei propoſitio †. Deberi adhoam Regi pro re feudali à domino feudi, & loco perſonalis ſeruitij, ad quod idem feudi dominus obligatus fuiſſet. Iſer in capitulo primo in fin. quis dicatur dux, & in capitulo primo §. ſimiliter poteſt in principio de capit. qui curi. vend. & in capitulo primo §. ſimiliter in oſtenditijs de capitulis Corrad. & licet hodie in pecunia ſoluatur, hoc à Regis
2 permutatione procedit †, in cuius electione eſt pecuniã, vel ſeruitium exigere Afflict. in conſtit. errores in 5. notab. & in deciſ. 265. nu. 51. & ideo quia ad-

tibus ſatis conſtat nec ad perpetuum,
12 nec ad longum tempus dici poſſe †;
cum enim tempus longum non minus
ſit quam decem annorum gloſ. in lege
cum de in rem verſo ff. de vſur. non po-
teſt hoc ſpatium in ea donatione com-
plecti. Qua propter adiectum vitæ tem-
13 pus omnino eſt incertum †, cuius incer-
titudinis cauſa ſuſtineri alias ſine inſi-
nuatione donationem iure Cæſa-
reo ſtatuitur l. ſancimus C. de donat.
quoniam poteſt facilè contingere, vt
primo anno, aut antea donatarius mo-
14 riatur †, ideo eum in ſingulos annos
legatur, ob eamdem incertitudinem plu
ra eſſe legata, & in primo anno purum
in alijs ſequentibus conditionale, ineſt
enim conditio ſi viuat d. l. ſi in ſingu-
los, & l. cum ſingulis ff. de annuis le-
gat. Hæc ergo annua præſtatio ex fru-
ctibus quo ad vnus vixerit, nec domi-
nij, nec feudi qualitatem habet ſi enim
ſecus eſſet vtiq; feudatarius de fructibus
feudi non diſponeret, cuius contrarium
nullus eſt, qui neget l. Codicillis §. in-
ſtituto vbi omnes ff. de leg. 2. Iſer. & cæ-
teri in l. Imperialem notat Præpoſit. poſt
alios in cap. 1. §. donari, & §. fin. quali-
bet olim feud. pot. alien. ſi poteſt diſpo-
nere de fructibus ſine aſſenſu ergo allo-
dialis, ſi ita, quomodo ad ſolutionem
adohæ teneatur non videmus.

Quod ſi adhuc inſtetur tunc demum
dominum pro feudo ad ſeruitium, aut
adohã teneri cum feudum ipſe poſſidet
non alius, quia is, qui poſſidet ſeruire
debet, vt videtur ſentire Andr. in cap.
1. verſic. facit commentum in fin. de
prohib. feud. alien. per Loth. dicen-
dum eſt, nullam prorſus penes hunc do-
natarium feudi poſſeſſionem eſſe, quo-
niam licet ſit ei facta aſſignatio ſuper
omnibus fructibus, & introitibus Ciui-
tatis Turſi, non tamen corpus aliquod
certum eſt aſſignatum, quod poſſideri
poſſit quia introitus illi aſcendunt ad
ſummam ducatorum 4000. † ideo ſo-
15 lum habet ex tenore donationis ius exi-
gendi dictos introitus à dicta maiori
ſumma fructuum, quæ conceſſio de ſui
natura, nec ius in re, nec poſſeſſionem
tribuit donatario, verumque vnica ra-
16 rio probat †, quia nec præſtita obligata
intelliguntur ex quibus annui fructus,
ſiue redditus ſunt præſtandi l. Caius, &
ibi glo. ff. de annuis leg. & melior tex.
17 in l. fin. ff. de contrah. empt. † ideo poſſet
vtique Illuſtriſſimus donans corpora il-
la vendere, & in pecunia ab extra do-
natario ſatisfacere l. fundi trebatiani
ff. de vſufruct. legat diximus de ſui na-
tura hoc eſt obligatione propria, & ſpe-
ciali, nam per obligationem generalem,
quæ in donatione ſubſequitur pro illius
obſeruantia cum clauſulis ampliſſimis,
18 † & aſſenſu Regio, bene intelliguntur
nedum corpora iſta, & fructus, verum-
etiam omnia bona donationis in genere
donatario obligata, quemadmodum in
proprijs terminis de obligatione bono-
rum defuncti, qui annuum legatum re-
liquerat Bart. ſcribit in d. l. Caius, liquet
ergo poſſeſſorem feudi, hunc donata-
rium non eſſe, nullum ergo ius, nulla ra-
tio ad ſolutionem adohæ illum cogit,
idque eo magis procedit, quod donatio
iſta in remunerationem tendit multo-
rum ſeruitiorum, quæ vix ad mediam
partem, ex hac ſumma adæquãtur, am-
plienda igitur beneficia ad quod pro-
bandum, nec legibus agamus, nec fa-
ctum proponamus omnia enim Illuſtriſ-
ſimo Domino notiſſima, in quo vera do-
nandi menſura, eſt largitatis immenſitas
Quibus allegationibus ſe ſubſcripſerunt
infraſcripti magnifici I. V. D. videlicet.

Io. Camillus Bilotta.
Fabius Marcheſius.
Io. Antonius Lanarius.
Petrus Paulus Theodorus.
Tiberius Olimpius.
Franciſcus Alteriſius.
Io. Franciſcus de Ponte.
Io. Franciſcus Piſcicellus.
Innocentius Paganus.

ALLEGATIO TERTIA.

Pro Magnifico Luca de Batio

Agitur de intereſſe præſtando abemptore vicino retrahenti iure,cõgrui ob non traditam rem tempore petitionis, & de intellectu conſuetud. Neap. de iure congrui.

SVMMARIVM.

1 *Emptor Dominus eſt, donec vicinus iure congrui non retrahit rem emptam.*

2 *Emptor conſtituitur in mora à die qua vicinus petit rem emptam.*

3 *Petere,hoc eſt,quælibet requiſitio, & extraiudicialis admonitio ſec.Neapod.*

4 *Intereſſe temporis rei petitæ, & non traditæ ſpectat ad vicinum retrahentem.*

5 *Emptorem conſtitui in mora à die petitionis, ſeu oblationis factæ per vicinum, licet verum ſit, verius tamen à die litis conteſtatæ.*

6 *Actio iuris congrui,quæ annales eſt, perpetuatur per litis cõteſtationem ſicut cæteræ annales actiones.*

7 *Neapodani verba in dicta conſuetud. non bene ab Afflicto ponderata perpenduntur.*

1 QVOD inter cõtractũ venditionis domus,de cuius appretio hodie agitur, & litem motã ſuper petitione iuris cõgrui, modica mora interceſſit,diſcutiendum aliter non eſt, an pretium ſit potius conſiderandum ad tempus ipſius contractus, prout in ea reſciſſione conſideratur, quæ ex remedio l. ſecundæ de reſcind. vendi. oritur, & prout plerique ex noſtris conſiderari voluerunt,vt ſcribit Aynold. fenon.in proprijs terminis in conſuet. Ruzdigalen. tit. de retra. S. 1. car. 1. à tergo in fi.vbi ad æſtimationem retractus aducit tex. in l.ſi volũtate. C. eo. tit. tametſi alij cõtra vt ad diem emptionis; Ideo retractus retrotrahi non poſſit, cum à vicini voluntate hoc pendeat, & interim emptor dominus manet,donec vicinus ſuam voluntatem declarauit.

2 Verum quòd tempus motæ litis inſpici debeat, & non hodiernum, putabã ego omni difficultate carere,cũ ita alias determinatum; ſed dicam pauca, vt demonſtremus deciſionem Sacr. Conſi. iure ipſo ſubſiſtere, non aũt ex particulari facti ſpecie, fundatam fuiſſe,dicam ergo hoc ius retractus in perſonã vicini, ex ipſo die petitionis cõgrui declari, adeò vt mora contra emptorem recuſantem, ab ipſomet die petitionis conſiderari debeat, ac perinde illius temporis in æſtimatione,rationem haberi,pro hoc ego ſpecialiter pondero generalibus omiſſis,verba conſuetudinis noſtræ, In ipſo titulo de iure congrui, ibi tenetur dare ipſi habenti domum, vel terram collateralẽ,ipſamque infra annum petenti, vt ſic noſtra conſuetudo non hoc ſolum conſtituerit, vt domum habeat, & annũ ad petendum,ſed etiam quod ſi infra annum petierit, teneatur dare. Cum ergo vicino retrahenti domum, non dederit,
3 moram à die petitionis committet,†quã petitionem interpretatur ibi Neapod.in,ver.petenti,vt & quælibet requiſitio, & extraiudicialis admonitio ſufficiat per tex. in l. ſi decem cum petiero. ff. de verb.oblig.

Si ſic, vt ex die petitiones ius vicini
4 petentis declaretur, & mora recuſando committatur, nulli dubium, vt illius tẽporis conſideratio in æſtimatione pretij, haberi debeat, quoniam poſt illud tempus

pus emptor ampliùs dominus nō eſt,ſed fructus rei emptæ ad vicinum pertinent, & Tiraquell. in vtroq; retract. §. 15. glo.2. Feronus item Boer. Io. Saxen. &
5 alij de retrat.tractantes concludunt †,& quamuis de tempore petitionis, ſeu obligationis pretij nonnulli dubitauerunt de tempore, tamen conteſtatæ litis diſſentit nemo,maximè, cum ex euentu demonſtratur iuſtam fuiſſe primæ actionis proſecutionem iux. tex. l. tutor.in prin. ff.de vſur.& l.fin. vbi glo. ff. de re.iudic.
6 † pro qua concluſione facit,quoniam actio iſta,quæ ad retractū datur quamuis temporaria ſit, & anni ſpatio præcluſa, perpetuatur tamen per litis conteſtationem,ſicut & cæteræ annales actiones. l. ſæpè vbi Bal. C. de præſcrip. 30. ann. Aynoldus Ferro in ſpetie huius actionis concludit in d.§. 1.car.vult.

Rurſus pro hac cōcluſione faciūt dicta Neapo.in ead.cōſuet. in verbo fuerit dum pōderat verbum fuerit futuri temporis, vt non ex præterita emptione, ſed ex præſenti æſtimatione precium ſtatuatur rationem addit, quod poſſet medio tempore, vel acquirere, vel imponere ſeruitutem,& ſic plus, vel minus valere, ſubdit deinde,quod intellige antequam conuentus ſit ſuper iure congrui,ſaltem per citationem. Ex quibus vltimis verbis expreſsè innuit augmentum, vel damnum à die petitionis ſubſequutum in conſideratione nō eſſe, poſtquam eſt ſemel res litigioſa, nec amplius in emptoris poteſtate manet, & licet Afflict. in tit. de iure prothomi: in verb. vt infra 30.dies num. 30. deducat hunc locum Neapod. pro contraria parte, ponderauit tamen præcedentia tantum verba, non autem hæc vltima, quæ manifeſtè probant hanc noſtram concluſionem, vt inſpiciatur tempus litis cōteſtatæ, quam opinionem, etiā ſequi videtur idem Afflict. in d. loco licet argumentando ſuper articulo in vtramq; partem expreſsè non determinet, ſed diſtinctio ipſius ſatis pro nobis facit,dum concludit,quod quando eſt commiſſa mora, non attenditur tempus ſententiæ, &c.

Sed quoniam rationes ſunt validiſſimæ accedente interpretatione, & deciſione S. C. vlterius immorandum non eſt, ſtante etiam pro nobis æquitate S.C. poſtquam Io. Conuentus lucratus ex obligatione Magnifici Lucæ de Batio ducatos centum. Ideò inſtat exequi appretium factum à nobili Horatio Palomba inſpecto tempore emptionis,quæ fuit per quatuor dies ante motam litem quod appretium fuit ducatorum 874. rogo in ſuper Dominum Commiſſarium, vt animaduertat ſententiam Sacr. Conſilij à nobis productam eſſe in terminis ad punctum,de quo hodie agitur, nec vllam facti diuerſitatem continere,&c. Io.Camillus Bilocta.

ALLEGATIO QVARTA.

Pro

Vtrum principalis lata ſentētia poſſit ratificare geſta in eius fauorem per procuratorem non habentem mandatum,& quando contra opinionē gloſæ,& contra communem iudicandum erit.

SVMMARIVM.

1 *Gloſa authoritas maxima eſt, & ab eius opinione non recedendum.*
2 *Communis opinio doctorum tam in iudicando, quam conſulendo ſequēda eſt.*
3 *Doctoris qui principaliter aliquam quæſtionem tractat multū eſt defendendum, & credendum.*
Sebaſtianus Vantius laudatur.
4 *Opinio contraria gloſa, ſi melioribus rationibus eſt fundata illa ſequenda eſt.*
5 *Communi ab opinione quando recedendum*

ter recepta. idque tanto facilius eſt in hoc capire amplectendum, quanto, vt inferius dicemus gloſa illa non loquitur in caſu noſtro.

5 Nec communis opinio, quæ pro contraria parte præſupponitur nos deterrere debet,quoniam vbi ratio,& ius refragatur facilè ab illa recedimus, vt firmat Lancellotus Politus in repet. l. filium quem habētē C.fam. hercil.nu.150.qui exclamat,infinitos eſſe qui iure dicendo prȩſunt ita cōmunes opiniones obſeruātes, vt & iuribus, & rationibus. Immò & ſi Euangelium apponatur, Euangelio aures claudant,ex qua re pernitioſiſſimus error Reipublicæ ortus eſt, vt indoctiores ſequantur doctioribus prȩtertermiſſis, quod non ſolum illis pernitioſum eſt quibus ius redditur, Sed etiam ipſis iudicantibus. Videmus enim has communes opiniones reſultare, ex calculo doctorum, qui hinc inde ſentiunt, quod ſatis eſt periculuſum, quādo aliūde ſunt doctores non contendendi nominis, ſæpiùs enim contigit, quod vno tempore vna opinio habita ſit pro communi, & ab ea ſit poſtmodum receſſum, vt teſtatur Maria. Soec.in conſ.158.lib. 2.num.70.dum conſuluit in illo articulo, tunc controuerſo inter iuris interpetres, an filij poſiti ſub conditione cenſcantur poſiti in diſpoſitione.

Et dum pro illa parte ſit fundamentum in authoritate Vantij.Habet & hæc pars negatiua maiorem authoritatem ſcilicet deciſiones Rotæ per quas ſępiùs ita fuit iudicatum, quibus magis deferre debemus quam cuilibet alteri doctori, quoniam & ſi deciſiones Rotæ non faciant ius nec pro legibus ſeruentur, vt per Felyn.in c.. paſtoralis de fide inſtru. maximo tamen iudicantibus adiumento ſunt in re dubia, vt tantorum virorum exempla,qui rem ex profeſſo tractarūt, non diſputando,nec conſelendo in quibus affectio facilè decipit, ſed iudicando, & per plures quæſtiones decidendo ſectentur, cum vulgarum illud etiam huc pertineat, quod leges in ſcholis diglutiuntur, In palatijs digeruntur.

Idcirco, vt tandem, quod pollicitus 6 fui aſſequar, cum rei iudicatæ authoritas, ſatis apud me præualeat,cenſeo negatiuam opinionem tutiorem eſſe ea, potiſſimum ratione, ne iudicium claudicet ex regul.l.pen.C.de ſolut. quod non debet quis petere,cuius cōtrarium non eſſet poſtulaturus, prout eſſet in caſu iſto ſi ratificatio locum haberet, pateret locus fraudibus,quoniam ſi non obtineret ſententia eſſet nulla quia non ratificaſ-
7 ſet †. Ideo Rota ad has fraudes, & cauillationes tollendas diſtinxit, quod ſi vult dominus doceri de mandato præcedenti ſi reuera proceſſit, poſſet iudicium ſuſtineri,non autem vult quod ſētentia poſſet ratificari, ſi nullum adfuit mādatum, etiam quod dependeat à mera voluntate ratificantis, & hoc etiam conſiderat Puteus cuius maxima fuit in Rota authoritas in deciſionibus per ipſum collectis lib.2.deciſ.383.

Et ideo vt hæc fraus ceſſet videtur ſecurior diſtinctio illorum, qui dicunt ante ſentētiam poſſe ratificari acta præcedentia, cum tunc dubius adhuc ſit litis euentus, ſecus ſi poſt ſententiam.

8 Verum ego non video,quæ nam poſſit eſſe difficultas in caſu noſtro, qui eſt tertius caſus ſcilicet, quando poſt ſententiam in cauſa appellationis vult dominus ratificare tempore quo iam fuit oppoſitum de nullitate iudicij, & clarè liquet gloſam in hoc caſu minimè loquutam fuiſſe,& ſic vt authoritas gloſæ non obſtet,nec prætenſa communis opinio, & omnes ſcopuli euitentur, concludere poſſumus, quod regula, & dictum gloſæ,& communis opinio ſit, quod generaliter loquendo dominus poſſit geſta ſui procuraroris ratificare,ſed vera ſit limitatio Iaſ. & Caſtrenſis in l.licet ff. de procurat. Felyni, & aliorum, quod hoc nō procedat poſtquam fuit oppoſitum; per hanc enim oppoſitionem quæſitum eſt ius parti, & cum reperiatur in medio hoc eſt, Inter ratificationem, & acta impedit coniunctionem extremorum, &

h.c

hoc caſu ratificatio, mandato comparari non poſſet, quoniam ius alteri quæſitum auferri non poteſt glo. in cap. ratihabitio extra de reg. iur. Dec. conſ. 226. & conſ. 246. lib. 2. cum alijs cumulatis à Relando conſ. 4. num. 13. lib. 2.

Item ſi bene aduertatur ad glo. non loquitur in procuratore, ſed in eo qui compatuit pro defenſore, & quæ ſit differentia inter procuratorem, & defenſorem ſatis patet, maximè in hoc de quo agitur eſt conſiderandum, quod defenſor etiam ſine mandato comparet l. exigendi C. de procur. & ſic iudicio meo, ceſſat in hoc articulo dubium, quod ſit de opinione gloſæ, & ſi dicatur, quod hoc eſſet ſine dubio ſi defenſor ſine mādato comparet ad quid neceſſaria ratificatio, poteſt dici, quod procedit in caſu in quo defenſor non adimpleuiſſet ea ad quæ tenebatur, vt præſtare cautionem, & alia.

Item aduertendum, quod Bart. in d. §. hoc iure, etiam in defenſore loquens, ſuper articulo ratificationis, dicit Vltramontanos contrarium ſenſiſſet, hoc ego adduco ad id, ꝙ dicunt contrariam opinionem communem eſſe, cum pateat, etiam illis temporibus, Vltramontanos omnes contrarium ſenſiſſe.

Ioannes Camillus Bilocta.

ALLEGATIO QVINTA.

Pro

Agitur ſi facta ſubſtitutione inter filios cum conditione, ꝙ altero ſine filijs decedente ſuccedant ſuperſtites, num prædefuncto relictis filijs hæreticis, ſuccedāt ſubſtituti tāquam purificata conditione, vel Fiſcus capiat ex perſonis incapacium ad gloſ. in l. ſi filius familias §. cum quis ff. de leg. 1.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas teſtatoris in primis inſpicienda eſt in fidei com. prætermiſſa verborum proprietate.*

2 *Volūtas teſtatoris aut expreſsè, aut ex vi expreſſi, aut ex coniecturis colligitur.*

3 *Expreſſi vim habet identitas rationis.*

4 *Ratio legis, legis diſpoſitione extendit.*

5 *Coniecturæ plurimum operantur in vltima voluntate.*

6 *Fiſcus numeratur inter extraneos hæredes.*

7 *Conditio ſi ſine liberis deceſſerit purificatur ſi filij ſuperſint, tamē qui hæredes eſſe non poſſant ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtato.*

8 *Subſtitutus ſi ſine liberis quis deceſſerit, excludit ſpurium, qui inſucceſſibilis, tā ex teſtamēto, quàm ab inteſtato.*

9 *Naturalis filius in ſeruitute conceptus non in figura matrimonij excluditur à ſubſtituto.*

10 *Deportatus excluditur à ſubſtituto.*

11 *Filij poſiti in conditione ſi ex aliqua cauſa excludūtur, ſubſtituti ſuccedunt.*

12 *Conditionalis diſpoſitio ſi in vno defecerit in totum corruet.*

13 *Voluntas teſtatoris in corde retenta nihil operatur, quod non procedit in tacita voluntate, quæ expreſsè cohæret.*

14 *Fideicommiſſum tacitum inducitur per prohibitionem alienationis extra familiam.*

15 *Publicatis bonis non veniunt ea, quæ ſunt ſubiecta reſtitutioni, & num. 16.*

16 *Alienari prohibitā, nec per delictum alienare licet.*

17 *Alienatione prohibita volūtaria, & neceſſaria*

teſſaria nominis, & legis alienatio
probita cenſetur.
18 *Teſtator poteſt ordinare, quod in ca-*
ſu delicti bona vadant ad alios, non
ad hæredes.
19 *Probibitio adbuc cū cauſa facta di-*
citur ſi eſt deſignata perſona ad
quam bona vadant.
20 *Fiſco ex perſona incapacis competit*
legitima, & tribellianica.
21 *In legitimam, & tribellianicam in-*
putantur bona alienata in vita ab
inſtituto.
22 *Tribellianica detractio probiberi po-*
teſt a teſtatore ſec.comm.opin.etiam
in filijs primi gradus.

CVM de fidei-
commiſſis agi-
tur, præponde-
rat procul du-
bio in ijs, præ-
ter cæteras vl-
timas diſpoſi-
tiones †, teſta-
toris voluntas,
quæ in primis ſeruari, & attendi debet
prætermiſſa interdum verborum proprie
tate l.penul.ff.de leg. 1.l. fideicommiſſa
§.item ſiquis ff.de l.3.l.in conditionibus
primum locum ff. de cond. & demon-
ſtra. & l.cum virum C. de fideicommiſſ.
hæc voluntas, aut ex expreſſis verbis re-
ſultat, aut ex his, quæ expreſſis cohæ-
rent, aut ex coniecturis; de ea, quæ ex
expreſſis oritur ſuper vacua eſt diſpu-
tatio, quod autem ſufficiat ex cohæren-
tibus colligi. text. eſt non minus notus,
quam vulgatus in l.gallus §. quidam re-
ctè ff.de liber.& poſth.ibi, vt eo caſu va-
leat, qui ex verbis colligi poſſit, & ideo
inquit Baldus in l. prima propè finem
C. de his, qui ante aper. tabul. quod
quando caſus penitus eſt omiſſus, pro
omiſſo habetur, quando autem ſequi-
tur ex eo, qui eſt expreſſus, expreſſi
vim habet †; Quod tunc præcipuè ob-
tinet, quando vna, & eadem ratio omni-
bus ineſt, tunc enim caſus plures, qui
ſub eadem ratione complectuntur, non
videntur per extenſionem comprehēdi,
ſed ad inſtar ſpecierum habentur, quæ
ſub vno genere comprehenduntur† quē-
4 admodum de ratione, & extenſione le-
gis magiſtraliter. Idem Bal.explicat in l.
de quibus ff.de legibus †. Verum, & eam
5 quoq; voluntatem, que ex coniecturis
percipitur in fideicommiſſis attendi tex.
eſt notus in l.cum proponeretur in fi. ibi
voluntatem videri mutuæ factæ ſubſti-
tutionis, & in l. quod ſolidum §.1.ibi co
niectura voluntatis ff.de leg.2. & in l.cū
auus ff.de cond.& in demonſtra. Et in l.
licet Imperator §.1. cum ſimilibus ff. de
leg. 1. Hæc ſi vera prout veriſſima, nulli
dubium, excluſo Fiſco vocari magnificos
fratres de . . . . . ad bona, & hęreditatem
quondam Ioannis Franciſci de ..... eorū
fratris, nullum dico, quoniam ex verbis
expreſſis, & ex caſu expreſſo cohærenti,
ac ex coniecturis innumeris conſtat hāc
fuiſſe volūtatē magnifici quondā Loyſij
communis patris, vt excluſis ſemper ex-
6 traneis hæredibus, in quorū numero† Fi-
ſcus numeratur, bona ſua, & hæreditas ad
filios inuicē ſubſtitutos, aut his deficiē̄ti
bus ad proximiores agnotos peruenirēt.
Expreſſa teſtatoris diſpoſitio ſatis, & ſu-
per ex illa ſubſtitutione conſtat, vt defi-
cientibus filijs ſine liberis illorū bona ad
alios peruenirēt, cuius diſpoſitionis ca-
ſus iam factus eſt, quia mortuus Ioannes
Franciſcus, & licet filios reliquerit, illis
tamen incapacibus ſucceſſionis exiſten-
tibus ſatis eueniſſe conditionem ſi ſine
liberis, & ſubſtitutos admitti ex infra-
ſcriptis demonſtratur.

Primò authoritate gloſ. in l. filius fa-
mil. §.cum quis de lega. 1. in verbo exti-
7 terint, quæ expreſsè dicit, filios, qui patri
ſuper vixerint ita demū ſubſtitutos ex-
cludere; & conditionem, ſi ſine liberis,
deficere, ſi eſſe poſſunt hæredes ab inte-
ſtato, vel ex teſtamento. Quam gloſſam
probat Bart.ibi, & Caſtr. & Ang. Alex.
in l.ex facto §. ſi quis rogatus numer. 2.
ff. ad trebelleianum vbi tractat quæſtio-
nem † vtrum filius ſpurius faciat defice-
re conditionem, & ſubſtitutum excludat

 & ſir-

& firmat auctoritate illius gloſæ nõ ex-
cludere,ea ſola ratione, quoniam inſuc-
ceſſibilis,tam ex teſtamẽto, quàm ab in-
tenato ; † quemadmodũ in alio caſu ibi
9 in principio eiuſdẽ S. firmat de filio na-
turali in ſeruitute concepto, quia ſi non
eſſet in figura matrimonij conceptus,
hac ipſa ratione conditioni ſit locus,
quia in ſucceſſibilis reputatur, & ita fir-
mat Bartol. Veron. in l. non eſt ſine li-
beris ff.de verb.ſignifi.

Secundò quia hoc idem de filio de-
portato DD.concludunt, quorũ primus
10 Bart.in d.l. filius fam.S. cum quis, & ibi
alij communiter, & latius Soccin.in d.l.
cum auus num. 105. ff. de cond. & de-
monſtr.generaliùs concludentes†,quod
ſi filij poſiti in conditione à l. ex aliqua
11 cauſa excludantur à ſucceſſione,minimè
conditionem expirare, ſed locum fieri
ſubſtitutis tex. optimus in l. ſi necem ff.
de bonis libertorum , & in l. prima in fi-
ne ff. de contra tab. ibi fit locus filio
quaſi pater depottatus pro mortuo ha-
beatur ; quod & in damnato ad metal-
lum idem Soccin. ibi, licet in caſu faci-
lioti per hanc tamen rationem conclu-
dit , & in damnato ad perpetuos carce-
res, excommunicato , & hæretico alibi
ſtatuunt . Cum ergò filij Ioannis Fran-
ciſci inhabiles , & incapaces tam ex te-
ſtamento , quàm ab inteſtato repetian-
tur , nec poſſunt hæredes; eſſe omninò
concludẽdum ſubſtitutos admitti, quo-
niam aliàs non eſſet adimpleta condi-
tionalis diſpoſitio,quia filij Ioannis Frã-
ciſci vocati ſunt ad ſucceſſionem aui
vt ſcilicet patri hæredes exiſtant,ac illis
deficientibus alij fratres † . Eſt autem
12 indubitati iuris, cum in vno deficiat cõ-
ditionalis diſpoſitio,locum amplius non
habere glo.in l.res bona fide ff. de con-
trah.empt.Oldrad.conſ. 29. Ang. conſ.
173. ex iſto dubio in 2.q. deficit autem
iſta conditio in eo, quod ex diametro
teſtatoris voluntati reſiſtit,quoniam fi-
lij Ioannis Franciſci patris hæredes non
ſiunt;non ergò ſufficit,quod exiſtant,ſed
vtũ ſuccedere poſſint attẽditur iuxta o-
pnionẽ gloſ.& DD. in caſibus iã citatis.

Rurſus ex alio capite excludẽdus quia
teſtator expreſsè voluit,ꝙ in caſu,quo ali
quis ex filijs à Reg.Maieſtate deficeret,fi-
deles ſuccedant per illa verba itẽ, *perche
appreſſo la Maeſtà di N. S. ſi deue la fe-
deltà del Rè N. S. &c.* hoc caſu tanto fa
cilius fit locus ſubſtitutis, q̃to maior eſt,
humana, & Regia Maieſtate,diuina Maie
ſtas.Cũ ergo à diuina Maieſtate Io. Frãc.
defecerit caſus iſte, aut expreſſus eſt, aut
ab expreſſo depẽdet, & nõ ſolũ ab idẽtita
te rationis,ſed per argumẽtũ à maiori,à te
ſtatoris diſpoſitione affirmatiuè cõplecti-
tur,quia ſi in minori delicto,per ꝙ cogita
bat poſſe publicari bona hoc ſtatuit,idẽ in
maiori voluiſſe dicendũ eſt;eo magis,quia
iã adiecta eſt maior hæc ratio à teſtatore
per illa verba. *Poiche appreſſo al S. Iddio;*
& ſic ex his,quæ diximus ex volũtate te-
ſtatoris, quæ ab expreſſa depẽdet hoc ſiñ
caput roboratur †. Quo circa nihil obſtãt 13
iura illa,quæ dicunt non videri teſtatorẽ,
diſpoſuiſſe,ꝙ non dixit,vt in l. 1. S. ſin aũt
ad deficientis C. de cadu. tollen. & alibi,
quod non ſufficit teſtatorem ita voluiſſe,
niſi expreſsè diſponat l. quidam , cum fi-
lium ff. de hæred. inſtit. & hæc ſimilia,
quoniam tunc obtinent, quando omninò
tacita,& in corde teſtatoris retenta eſt il-
lius voluntas, at quæ expreſsæ voluntati
cohæret, vtiq; expreſſi vim habere præter
ſuperius dicta firmat notanter Bald. in c.
mandatum de reſcript.

Sed , & aliud teſtamenti caput in quo
14 extra familiam alienatio prohibetur, alia
capita præcedentia firmat, & ex ſe ſufficit
ad excludẽdum Fiſcum, firmat dico præ-
cedentia, quoniam magis enixam probat
teſtatoris volũtatẽ,ne ad extraneos bona
tranſirent,excludit, & ex ſe Fiſcum, quo-
niam, ex prohibitione iſta fideicommiſsũ
tacitum inducitur, & ſic cum expreſſo,&
tacito fideicommiſſo ſubiaceant bona
fratrum reſtituioni†,publicatis bonis non
16 veniant ea , quæ reſtitutioni ſubiacent
text. optim. in lege Imperator ff. de fi-
fideicom.liber.plenè Alex. conſ. 23. lib.
1. Decius conſ. 442. vol.5. & moder. in
d.l.ſi-

d.l.filius fam.§.diui†.Nec obſtat ſi dica-
16 tur intelligi prohibitam alienationem
per contractum, & non per delictum,
niam apud omnes vera eſt illa con-
cluſio prohibita alienari, non poſſe
alienari etiam per delictum, & ſi a-
liàs intelligeretur, nunquam procede-
ret prædicta concluſio, quoniam ſem-
per dici poſſet, quod publicatio non eſt
alienatio hominis, ſed legis, & tamē ne-
mo eſt, qui neget publicatis bonis, non
publicari ſubiecta reſtitutioni quæ e-
nim in extraneum hæredem tranſire
non poſſunt, nec vtiq; ad Fiſcum tran-
ſeunt l.iura libertorum, & ibi Bart ff.de
oper.liber. & plenè Alexand.in d. conſ.
23.† ratio autem vrgentiſſima, quoniam
17 cum prohibetur alienatio, non tantum
ſui fauore, ſed tertij, vt in re noſtra vbi
adſunt ſubſtituti, prohibetur alienatio
ne dum voluntaria, ſed neceſſaria, & nō
ſolum hominis, ſed legis. dictum fuit no-
tabiliſſimū Bar.in l. ſiquis in tārum ver-
ſi.quæro nu.11.C. vnde vi; quod ſingu-
lare putat, & menti tenendū Caſtren. in
l ſi finita §.ſi de vectigal.b. ff. de damn.
infec.col.fin.nu. 7. † Et fortius, ꝙ poſſit
in ſpecie prouidere, ꝙ in caſu, quo filius
deliquerit bona vadāt ad alios prout fe-
18 cit in caſu noſtro tenet in terminis mo-
dernus doctor Aegidius Boſſius in trac.
rerum criminaliū tit.de bon.pub.nu.30
qui ad eo copioſè pro nobis loquitur, vt
vix aliud deſiderari poſſit.

Neq; huic capiti obſtat, fuiſſe ſine cau
19 ſa prohibitā alienationē, & non dictū, ꝙ
bona conſeruentur in familia ſi quidem
ad hoc vt prohibitio ſimplex, & ſine cau
ſa dicatur, ac propterea nō ſufficiens ad
fideicommiſſum inducendum, non hoc
ſolum ſufficit, vt cauſa aliqua expreſſa
non fuerit, ſed ſemper, quod perſona ali-
qua adijciatur ad quam bona vadant
prout in caſu noſtro pluries factū eſt, &
deſignati filij, prohibitio cum cauſa di-
cetur, prout poſt alios concludit latè
Ambroſ.de Opizo. in d. §. diui in prin-
cipio iuxta gloſam ibi.

Alia, & vltima prohibitio teſtatoris,
ne filij fidei iuberent, licet quo ad propo-
ſitā materiam diſpoſitionē non inducat
magnas tā coniecturas ad prædicta capi
ta facit, voluntatem teſtatoris in omni-
bus eā fuiſſe, vt bona illis de familia ſer-
uarētur, & ideo cū tā ex probatione iſta,
quā ex alijs ſupradictis reſultent innu-
merę coniecturæ de voluntate teſtatoris
quas diximus in fideicommiſſis attēdi,
cōcludendū omninò ex expreſſa diſpoſi
tione, ex caſu expreſſo cohęrēti, ex pręſu
pra volūtate teſtatoris, & innumeris co-
niecturis excluſo penitus regio Fiſ. voca-
ri ſubſtitutos ad bona, de quibus agitur.

Solū poteſt regius Fiſcus prætendere
20 ex capite fideicomm. & reſtitutionis fa-
ciendæ ex perſona Ioānis Franciſ. duas
quartas legitimā. ſ. & Trebelleanicā, ad-
quę in iure, & in facto facilis eſt reſpōſio
in facto, ex diuiſione alias facta inter ip
ſos fratres, & in ventario, ac hodierna
quantitate bonorum in prompta demō-
21 ſtratur † Ioannē Franciſcū alienaſſe mul-
ta bona, quæ & legitimā, & trebelleani-
cam capiunt, in iure quoniam per teſta-
22 torem fuit prohibita Trebelleanica, &
omnis detractio, quæ prohibitio fieri
potuit, & de iure ſubſiſtit, & hæc eſt ma-
gis communis opin. prout gloſ. & DD.
in auth. ſed cū teſtator C.ad l. falcid. Iaſ.
conſ, 5.lib. 3.& conſ.201.lib.6.quam te-
nuerūt etiam in filijs primi gradus Cy-
nus, & Caſtr.in l. iubemus C.ad Trebell.
Alex.& Socc.in l.Marcellus ff.eod. Ale.
pleniſſimè conſ.67.lib.1.& conſ.29.lib.
5.& cōſ.20.lib.6. Dec.qui ſe ipſum de-
clarat conſ.480.Picus in l.in quartā nu.
275. dicens cōmunem eſſe, & ꝙ in iudi-
cando ab illa non recederet, Rub. Ale-
xandrinus, qui multos citat cōſ. 3. 43.&
73. Ferdinandus Vaſq. Moder. Hiſp. in
tract.ſucceſ.§.8.nu.12.vbi plenè. Cū er-
gò ſola legitima remaneat vix ſufficit
pro bonis alienatis, quę cum alienare nō
potuiſſet tanquam reſtitutioni ſubiecta
in legitimam portionem cedere cōpertius
eſt, quam vt demonſtratione res
egeat. Io.Camillus Biluſta.

ALLEGATIO SEXTA.

Pro

Tractatur de materia hæreſis, & apoſtaſiæ, & de teſtibus, & eorum probationibus in dictis cauſis.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtbatare quis dicitur, per aſſertionem alterius religionis.*

2 *Teſtes quot, & quales eſſe debeant ad conuincendum aliquem de hæretica prauitate.*

3 *Deciſio Rotæ in antiquis 875. aliàs prima ſub tit de hæret. declaratur.*

4 *Arnaldi Alberti declarationes ad deciſ. prædic. aff:runtur.*

5 *Teſtes, item & inſtrumentá, vt conuincant, qualia eſſe debeant.*

6 *Teſtes criminoſi, excommunicati, & ſocij criminis, qui fauore fidei admittuntur, vtrum conuicant.*

7 *Signa etiam leuia in hæreſi ſufficiunt, dum tamen plenè ſint probata.*

8 *Teſtes inimici, non probant in crimine hæreſis.*

PRO defenſione cauſæ, & innocentiæ Magnificæ Violantis. ...... & filiarum, quorũ patrocinium præuia licentia Illuſtriſſime dominationes V. ſuſcepi, infraſcripta deduxi tum ex facto, tum ex his, quæ in iure conſiſtunt aduertenda in quibus fateor in primis, (ſic enim proteſtari libuit) me nec hic nec vuſquã alibi aliquid verbo aſſerere, nec mente cogitare, quod à Santa Rom. Eccleſ. quoquomodo deuiare poſſet, nec errores huius apoſtaſiæ defendere, ſed innocentiam inquiſitorum iuxta probatas defenſiones demonſtrare, omnia poſtmodum relinquens, & in omnibus eiuſdem Romanæ Eccleſiæ iudicio, & correctioni. Nunc ad rem.

1 Licet in hac cauſa plura ſint capita indiciorum. Diſcutiendo tamen ſingula inditia, & depoſitiones teſtium ſuper vnoquoque ipſorum, quarum depoſitionum non integram copiam habuimus, ſed ſummarium tantum, tota vis inquiſitionis reduci videtur, ad illud caput, in quo prætenditur, has mulieres in colloquio habito à quibuſdam alijs ſuper ritibus iudaicis, illos approbaſſe, & eandem legem aſſeruiſſe, in hoc enim capite ſecundum ſummarium nobis datum, præſupponitur in totum, tres teſtes adeſſe, in alijs enim capitibus ſingulares teſtes ſunt, nullatenus concludentes, vt ex eis poſſet inditium aliquod ſumi, & ferè omnia verſantur circa actus indifferentes, qui explicitam apoſtaſiam non arguũt, nec de ſe, nec per aliquam formalem, aut neceſſariam conſequentiam, vt ex diſcurſu, ac diſcuſſione ſingulorum capitum patebit, de quibus vltimo loco tractabitur.

2 Reaſſumendo ergo caput illius aſſertionis, ſeu colloquij, & approbationis rituum. Si teſtes iſti qui deponunt contra inquiſitos, fuiſſent omni exceptione maiores, & zelo fidei moti ad deferẽdum, & deponendum, procul dubio eſſemus in terminis deciſionis Rotæ in antiquis 875. alias prima ſub tit. de hæret. in qua concluditur, quod ſiquis per teſtes idoneos conuincitur de aliqua aſſertione hæretica, & quod ita dixit ſe credere, & alijs eſſe credendum, non ſufficit poſtmodum in negatione perſiſtere, dicendo ſe credere, quod Eccleſia credit, & nũquam talia aſſeruiſſe, quià nihilominus, tamquam pertinax in negatione, puni-

tetur

retur, vt in d. deciſ. habetur.

Verùm in caſu noſtro, quoniam teſtes, ne dum non omni exceptione maiores, ſed infamiſſimæ, ac peſſimæ conditionis, & inimici non ex zelo fidei, ſed ex conſpiratione, & odio moti, vt inferius fundabitur, ex hoc, vel in primis recedendum eſt omninò à terminis illius deciſionis, & concludendum has mulieres, ne dum non conuictas, vt poſſit aliqua ſequi condemnatio, ſed nec ſufficieter indiciatas, quod ante omnia ex verbis eiuſdem deciſionis deducitur.

3 Deciſio illa dum cõcludit huiuſmodi aſſertores conuictos, non adiuuari ex negatione, duo neceſſaria requirit, quod ſit conuictus per teſtes idoneos, & quod contra teſtes, & ad ſuam defenſionem nihil reus deduxerit, hoc enim illa deciſio non ſemel, ſed pluries explicat, in principio enim dicit hæc verba, per teſtes idoneos conuincitur hæreticalia multa dixiſſe, & aſſeruiſſe ſe credere, & credenda eſſe, & non obſtante teſtiũ depoſitione, contra quos nihil excipit, nec alias defenſiones excuſatorias allegat, & inferius poſt num. 8. non eſſet (inquit) conuictus recipiendus, vel abſoluendus propter ſolã negationem, qui alias ſuã innocentiam non demonſtrat, nec poteſt monſtrare, ex quo conuictus eſt per teſtes idoneos contra quos nihil dicit, nec aliter ſe defendit, & poſt numerum 14. de præterito errore de quo conuincitur ſufficienter, & paulò inferius, ex quo conſtat de præterito errore per teſtes idoneos.

Aliud etiam verbum additur in deciſione illa, & ſæpiùs repetitur. Si crimen fuerit manifeſtum, ibi poſt num. 6. ibi pro manifeſtis criminibus, manifeſta eſt efferenda ſatisfactio, & oris confeſſio, & poſt num. 9. cum reatum ſuum non recognoſcat, ex quo fuit manifeſtum, & paulò poſt, correctionem ex quo crimẽ fuit manifeſtum oportet eſſe manifeſtã, quia manifeſta delicta correctione indigent manifeſta, vnde ſatis demonſtratur ſecundum terminos illius deciſionis, conuictum quem dici de aſſertione, ſi per idoneos teſtes conuincatur, contra quos nihil excipiat, nec aliam affert defenſionem, ex quo crimen manifeſtum fuiſſet.

4 Inde Arnaldus Albertus author in his peritiſſimus, videns quam cautè deciſio illa procedat, multa requiſita coadunauit ad practicam illius deciſionis in tracta. de agnoſcen. aſſert. cathol. q. 8. nu. 8. & in 2. requiſito dicit, quod per teſtes idoneos accuſatus conuincatur, ſubdit poſtmodum aliud latius declarãdo; videlicet maiores omni exceptione, conteſtes non ſingulares, de verbis formalibus atteſtantes, non inimicos, quæ omnia de iure conuenire debent, quod infert ex illo verbo, quod dixi ſæpius poni in deciſione, per idoneos teſtes, quia idoneus teſtis, eſt qui aliqua exceptione non poteſt repelli, vt in cap. 1. de teſti. alias non eſt idoneus l. teſtes idonei ff. de teſt.

5 Hoc autem ſecundum vtriuſque iuris cenſuras procedit, quoniam quando de conuictione agitur, licet per duos teſtes formiter deponentes quis conuincatur, debent tamen eſſe idonei teſtes, vulgata l. ſciant cuncti C. de probatio. quæ dũ loquitur de cõuictione teſtium, addit idoneorum, dum verò de conuictione inſtrumentorum addit apertiſſimorum, dum de indicijs, addit indubitatis, quæ lex à ſacris canonibus recepta eſt, & canonizata 2. quæſt. vlt, cap. ſciant cuncti, & confirmatur 5. quæſt. 6. capit. epiphanium ibi paratus fuerit hoc, quod obijcit canonicis, atque doctiſſimis probationibus edocere.

6 Et licet in fidei fauorem ſit ſtatutum, teſtes alioquin criminoſos, excõmunicatos, & participes criminis admitti, vt in c. in fidei fauorẽ, & cap accuſatus de hæret. lib. 6. aduertatur ad illa vera, quia ſtatuunt tãtũ hos teſtes eſſe recipiendos, nihil autem, nec ibi, nec alibi dicitur, ꝙ ex horum depoſitionibus conuictio inducatur, quinimò quo ad inducendum inditium, multæ circumſtantiæ in dictis iuribus adducuntur, videlicet ſi ex veriſimilis

milibus coniecturis, & ex numero teſtiũ,
& perſonarum, tam deponẽtium, quàm
eorum contra quos deponitur, qualita-
te, & alijs circumſtantijs, ſic teſtificantes
falſa dicere non præſumantur, & in cap.
accuſatus §. licet, ita admittuntur com-
plures, ſi ex manifeſtis indicijs appa:ue-
rit tales non animi læuitate, aut odij fo-
mite, ſeu corruptione pecuniæ, ſed zelo
fidei orthodoxæ moueri.

Circumſpectè igitur, & conſideratè,
non paſſim, nec indiſtinctè criminoſos
teſtes admittunt canones, & conſide-
randum eſt, quòd ad vim, quæ poſſet ſu-
mi, ex iſtis depoſitionibus, adducat cano-
nes, circumſtantias, quas volunt mani-
feſtis iuditijs probari, vt illis non corrur-
rentibus, non poſſit ex depoſitione horũ
teſtium inhabilium aliqua probatio
ſumi, dum dicitur, ſi ex manifeſtis indi-
tijs appareat, non ex læuitate, ſed zelo
fidei depoſuiſſe. Et è contra in colligen-
do præſumptionem falſitatis in fauorem
inquiſitorum, contenta eſt lex canonica
præſumptionibus, & coniecturis, dum
dicitur in d. cap. in fidei, ſi ex veriſimi-
libus coniecturis, & alijs circumſtantijs
hos teſtes falſa dicere non pręſumantur,
ſic apparet in admittendis his teſtibus
inhabilibus ob fidei fauorẽ nihilominus
ſatis cautè canones proceſſiſſe, dum in
eo quod reſpicit ſuſpitionem falſitatis
in teſtibus, præſumptiones ſufficiant, &
in eo quod reſpicit inductionem horum
teſtium, ad inditia, & probationes facien
das, manifeſta requirat iuditia, & argu-
menta, non fuiſſe ex læuitate motos, aut
odio, tantum abeſt, vt poſſit ſic indiſtin-
ctè dici criminoſorum teſtium depoſi-
tiones inquiſitum conuincere, aut pro-
bationes inducere, ex quibus apparet
in conuictionis materia nihil eſſe, ob ſpe-
cialitatem huius criminis innouatum,
ſed iura incorecta remanſiſſe, quod eſt
ſatis conſentaneum, cum alias erronea
eſſet illa deciſio Rotæ, quæ in crimine
hęreſis, & de his aſſertionibus ſpeciatim
tractat, & abſurdum eſſet dicere illos pa
tres iura ignoraſſe, & ſic ſupinè, ac toto
quod aiunt cœlo ab erraſſe, ideo dice-
bat apoſtilla ad Zanchen. in tract. de hæ-
ret. cap. 13. verſic omnis in fi. quod de-
bet inquiſitor qualitatem deponẽtium,
ſeu denunciantium diligenter attende-
re, & de atteſtationum, & dictorum ve-
ritate ſubtilius inquirere, & verba il-
lius cap. in fidei fauorem optimè notate
ſi videlicet, ex qualitate, & numero te-
ſtium, & alijs circumſtantijs, vt dictum
eſt ſic teſtificantes falſa dicere non præ-
ſumantur.

Sic dicit Innoc. quem ibi ſequitur Io.
7 de Auan. in cap. ſicut lo primo de ſymo.
quod licet in crimine hæreſis læuia ſi-
gna ſufficiant ad pręſumendum aliquem
hæreticum, illa tamen ſigna debent ple-
nè probari, hoc etiam voluit Ioa. Andr.
in cap. in officium §. 1. de hæret. lib. 6. &
Oldra. conſ. 210. incip. regularis habet
traditio. in princ. vbi dicit, quod propter
graues pœnas, quæ in hoc crimine ſe-
quuntur, ſuſpitiones quamuis vehemen
tes non ſufficiunt, ſed plenè probationes
eſſe debent per cap. literas de præſum-
ptio.

8 Nec autem, quæ diſcuſſa ſunt in vni-
uerſum, perſonarum teſtium defectus re-
ſpiciunt, at ſpeciatim ſi cõſpiratores fue-
rint teſtes, & inimici nullũ omninò præ-
iudicium facere, nec admitti, in hoc ſi-
cuti, nec in cæteris criminibus, text. no.
in cap. per tuas de ſymon. & ita per hũc
text. concludit Gundiſſal. in tract. de hæ-
ret. quæſt. 13. nu. 13. dicens, hoc in cri-
mine hæreſis procedere, & generaliter
eſſe notandum ad omnes caſus, in qui-
bus minus idonei teſtes admittuntur, quod
etiam ſequitur Zanchi. & ibi apoſtilla-
tor in tract. hæret. cap. 13. vbi de inimi-
citijs latè, & quod etiam ſi non ſit ini-
micitia capitalis, ſed grauis non probet
niſi alijs teſtibus, ac adminiculis adi-
uuetur.

9 Ergò cum de teſtibus inhabilibus, cõ-
tra has inquiſitas probatio ſumenda ve-
niat, videndum eſt ſi aliæ circumſtantiæ
adſunt à ſacris legibus requiſitæ; crimi-
noſus enim ſemper habat caput vulne-
ratum

tatum 1.quæſt.1. ventum, & in cap.in fidei,& cap. accuſatus S. licet de hæret. in 6. ſtatuitur quando iſtæ depoſitiones afferuntur, primo eſſe conſiderandam qualitatem teſtium deponentium, ſecundo qualitatem perſonarum inquiſitarũ, tertio numerum ipſorum teſtium, quarto ſi circumſtantiæ adſint, ex quibus debeat præſumi teſtes illos, non læuitate, non odio, ſed zelo fidei moueri, quæ omnia ſigillatim ſunt aduertenda.

IO. Camillus Bilocta.

ALLEGATIO SEPTIMA.

Pro

Agitur an vſusfructuarius, qui de benè vtẽdo,& reſtituendo, ſatisdatione minimè præſtita, vſusfuerit, fructus faciat ſuos.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructuarius cauere tenetur, de vtendo, & fruendo, arbitrio boni viri.*

2 *Vſusfructuarius iudicis officio compelli poteſt, ad ſatiſdandum.*

3 *Vſusfructuarius antequam ſatiſdederit caret actione.*

4 *Cautio remiſſa à teſtatore vxori vſufructuariæ, cum prohibitione facta hæredi ſub pœna priuationis hæreditatis, de ea non petendo, adhuc ab eo peti poteſt, abſque metu pœnæ.*

5 *Hæres poteſt vendicare ab vſufructuario rem iam traditam, ſi pro ea cautio præſtita non fuerit.*

6 *Cautio in vſufructu reſpicit fauorem proprietarij, & ideo nec à teſtatore remitti poteſt.*

7 *Cautio an ſit de ſubſtantia, & definitione vſusfructus, quod ſic, ſecundum opinionem Placentini.*

8 *Accurſus verò contra.*

9 *Author tamen diſtinguit de vſufructu rerum mobilium, vel immobilium, ita vt in vſufructu rerum mobilium eſſentialiter ſit annexa cautio.*

10 *Fructus percepti ab hærede, ſeu ab alio extraneo vtrũ debeantur vſufructuario, qui non ſatisdedit.*

11 *Fructus perceptos ante cautionem præſtitam hærede ſciente, & patiente vſusfructuarius reſtituere non tenetur, quod ſecus eſt eodem ignorante.*

12 *Teſtator an poſſit dare licentiam legatario capiendi rem legatam propria auctoritate, & per quæ verba cenſeatur data licentia prædicta remiſſiuè.*

13 *Inuentarij cõfectionis remiſſio quid operetur.*

14 *Mulier non conficiens inuentarium tenetur creditoribus vltra vires hæreditarias.*

15 *Mulieri nõ parcitur, in his quæ pertinẽt ad ſollemnitatem, & rigorem iuris conſeruandum.*

1 INTERROgatus reſpondi nuſquam dubitari, vt vſufructu conſtituto cautio boni viri arbitratu præbeatur ab eo, ad quẽ id commodum venit, quod nullam læſionem ex vſu proprietati afferat l.4. C.
2 de vſufruct. † etenim ſi cuius rei vſusfructus legatus fuerit poteſt dominus (Vulpianus inquit) ſatiſdationẽ in ea re deſiderare, vt officio Iudicis hoc fiat: nã ſicut debet vſusfructuarius vti frui, ita & dominus ſecurus eſſe debet de proprie-
3 tate †, nec prius dandam actionem vſufructua-

fructuario Iuſianus cenſuit, quam ſatiſ-
dederit, ſe boni viri arbitratu vſurũ frui-
4 turum l. ſi cuius, & l. ſequenti ff. eod. † vn-
de ſi reliquerit vxorem vſufructuariam,
& prohibuerit hæredes cautionem pe-
tere ſub pœna priuationis hæredita-
tis, poterit tamen peti cautio, abſque
metu pœnæ. Caſtr. conſ. 2 1 1. antequam
veniam lib. 1 1. Paulus de Montepico in
l. 3. §. titia col. 9 1. quæſt. 5 4. de leg. 2. Ne
uizza conſ. 9. num. 1 3.

5 Adde etiam, quod ſi vſusfructus no-
mine re tradita, ſatisdatum non fuerit,
Proculus ait, poſſe hæredem rem vendi-
care, & ſi obijciatur exceptio de re vſuſ-
fructus nomine tradita; replicandum eſſe
l. ſi vſusfructus ff. quemadmo. vſusfr. cau
6 eat. † Hæc autem eo tendunt, vt cautio-
nem illam omninò proprietarij fauorem
reſpicere dignoſcatur, adeoque, vt remit-
ti etiam expreſsè à teſtatore nequaquam
poſſit l. 1. & 2. C. eo. quodq; latius firmat
Benedictus de Peruſio conſ. 9. Curtius
conſ. 365. clariſſimus. Benedict. Capra
conſ. 68. num. 8. Marian. Socc. conſ. 1 1 5.
num. 2 3. lib. 1. Socc. conſ. 1 3 1. nu. 1 4. lib.
1. qui dicit cõm. & tutam. Aymo. Crau.
187. & Bertran. conſil. 162. 5. vol. illis
7 fortaſſe iuribus perpenſis putabat † Pla-
centinus ſatisdationem eſſe de diffinitio-
nẽ, & ſubſtãtia vſusfructus, quod ſi ſub-
ſiſteret abſoluta eſſet contra vſufructua-
rium dubitatio, nempè quod ſtatim, nec
ad proprietarij petitionem vltro cautio-
nem offerre teneretur, nec aliter vti frui
quod obiter Bert. tetegit conſ. 191. nu.
8 12. vol. 6. † contra tamen ſentit Accur-
tius in l. 1. ſuper ver. vtendi ff. de vſufru.
multis iuribus eam opinionem compro-
bans, & ſpeciatim ea ratione, quod ante-
quam cautio præſtetur, ſit quidem de
per ſe vſufructus, quod ſi non eſſet nuſ-
quam daretur caſus, in quo cautio ab
vſufructuario nõ præſtetur, quem caſum
gloſ. tradit. alioſq; ſcribit Odofre. & Bar.
in d. l. vſufructu C. de vſufruct. Felyn. in
cap. ſi autem num. 5 de reſcrip. idq; am-
plè probat Bertran. conſ. 318. lib. 2. par.
1. atque inibi multa deducit ad com-
9 probãdum Accurtij ſentẽtiam †, quam-
& ergò veriſſimam puto, ſi de re immo-
bili tractetur, alias ſi rei mobilis relictus
ctus ſit vſusfructus habet quidem eſſen-
tialiter annexam ſatisdationem, vt non
niſi ea præſtita poſſit vſusfructuarius vti
frui, vt Alexan. ſcribit ad apoſtillas Bart.
in l. vxori la pri. ff. de vſufruc. legat. Arr.
Pinell. in l. 1. fol. 195. num. 25. C. de bon.
mater, quod autem ad propoſitam quæ-
ſtionem attinet in qua obiter incidimus
latè diſſerit, & firmat non eſſe de ſubſtan
tia vſusfructus cautionem Roffred. de li-
bellis par. 4 in tit. de ſexta actione ex ſti-
pulatu, quæ competit proprietario con-
tra vſufructuarium, vel vſuarium ſi-
malè vtatur; Proindeq; re quærenda eſt
aliunde principalis dubij reſolutio in
quo Bart. Alber. & cæt. in d. l. 4. C. eod;
ita diſtinxerunt.

10 Particulariter hanc quæſtionem de-
cidit Caſſaneus in conſuet. Burgun. tit.
des droicts rub. 4. §. 6. fol. 614. in verſic.
& ſera tenuè diſtinguens ex intentione
Cyni, & aliorum in d. l. vxori, quod ſi
vſusfructuarius nõ percipiat fructus, ſed
proprietarius, vel alius, tunc vſufructua-
rio non debentur, ſi ſunt percipi ante
11 præſtitam cautionem, † ſi verò percepti
ſunt ab ipſo vſufructuario, & tunc aut
hærede, ſeu proprietario ſciẽte, & patiẽ-
te; & sũt vſusfructuarij, aut hærede igno-
rante, & non facit ſuos Socc. conſ. 131.
incip. in præſenti conſultatione verſ. ſe-
12 cundo in re †; ſed an teſtator poſsit da-
ri licentiam legatario occupãdi propria
authoritate rẽ legatã, & per quę verba vi
deatur data licentia vide Cum. conſ. 61.

Neque obſtat conſ. Socc. iun. 72. lib.
2. nam præter id, quod multum ſe tor-
quet in probando excuſari vxorem iuris
ignorantia, ſi requiſitam cautionem non
præſtitit, quam teſtator remiſerat, multa
inſuper adsũt in ſpecie facti ab illo pro-
poſita, at nos in fortioribus terminis; Præ
ſupponit namq; in primis Soccinus teſta
torem expreſsè remiſiſſe, at in caſu no-
ſtro nulla remiſſio, & ſi dicatur remiſſam
fuiſſe ex illis verbis, *che l'herede mio in*
Burgen-

Burgenſatico non s'intrometta, nuſquam rectè ſentienti probabile videbitur.

In conſilio Socci. proprietarius hæres non ita certus, cum dicat per ſententiam Senatus declaratum fuiſſe fideicommiſſum, at hic certiſſimus hæres qui eod. teſtamento ſcriptus, quo vſufructus datur.

Soccin. poſſeſſorem ſine vitio præſupponit, ex latiſſima facultate data ingrediendi, at nos contrarium, quia ignorante hærede, vt patet, qui in infantili ætate erat, & propria authoritate non facto inuentario,

Obſcuram atque incertam interpellationem proſupponit Soccin. ex eo, quod fideicōmiſſarius in genere omnia, quæ de iure competebant petijſſet, nos verò ſpecialem, atque iudiciariam habemus interpellationem.

Et licet videatur remiſſa confectio inuentarij per teſtatorem, quo caſu mulier non tenetur facere cum ſollemnitatibus requiſitis pro vt Paris conſ. 61. num. 47. & ſeq lib. 3. non tamen per hoc ſequitur, vt non confecto inuentario excuſetur, neque quia mulier, quoniam regula quæ ſe habet, quod hæres non conficiens inuentarium teneatur creditoribus vltrà vires hæreditarias, comprehendit etiam mulierem ſuccedentem Bald. in leg. fin. in principio. C. de iur. deliber. ij. columna poſt princip. Bartol. latè conſil. 154. incip. Maritus Alexand. in leg. iuris ignorantia in fin. C. qui admitti †, & in his, quæ pertinent ad ſollemnitatem, & rigorem iuris conſeruandum mulieri non parcitur Bart. in leg. prima §. nunciatio de operis no. nunciar. cum alijs adiectis per Alexandrum conſil. 165. dubitatur an mulier libr. 6. per totum Natta 575. lib. 3. numero 23. Vaſqui. fol. 35. §. 16. part. 1. num. 7.

Io. Camillus Bilotta.

ALLEGATIO OCTAVA.

Pro particularibus ciuitatis Monopolis.

Tractatur de materia ſuſpicionis, ſeu recuſationis Iudicis, ac reuocatione attentatorum.

SVMMARIVM.

1 *Citari debent omnes, de quorum intereſſe agitur.*

2 *Ciuium remotio ab adminiſtratione vniuerſitatum, non habet perpetuā cauſam, & ideo ceſſante impedimento, remoti admitti poſſunt.*

3 *Conſultor poteſt allegari ſuſpectus, niſi datus ſit citata parte.*

4 *Suſpectus efficitur Iudex per ſolam recuſationem abſque probatione ſecundum ius ciuile, quod ſecus eſt de iure canonico.*

5 *Attentata, & innouata poſt appellationem interpoſitam, & poſt allegatam recuſationem, reuocari debent, & ad priſtinum reduci.*

6 *Appellatione interpoſita, is qui iuſſus eſt abſtinere ordine, fungi honoribus poteſt; ſicut etiam Epiſcopus depoſitus, adminiſtrare.*

7 *Delegatio differt ab excitatione iuriſdictionis.*

PARTICVLARES ciuitatis Monopolis amoti licet nulliter, & de facto à regimine illius ciuitatis, debent ante omnia, tā ob nullitatem proceſſus, quàm notoriam, cum reuerentia iniquitatem ſententiæ; quàm etiam per remedium attentatorum reponi in priſtina adminiſtratione, in qua ante aſſer-

tam ſententiam reperiebatur, Quæ om-
nia cum in promptu ex eidem actis de-
monſtrentur, nullum omnino dubium ha
bent; rationibus, & cauſis vrgentiſſimis,
quas breuiſſimè colligemus.

Conſtat.n. primò proceſſum inſtructũ
1 à magnifico Capitaneo ſuper figurato
intereſſe horum de regimine, procul du-
bio nullum fuiſſe; ſiquid em factum, illis
nõ citatis, nec auditis, de quorũ intereſſe
tractabatur; qui vtiq; ex vulgaribus iuris
regulis citandi erant l. de vnoquoq; ff.
de re iudic. & l. nam ita diuus ff. de ado-
ptio. ibi vocatis etiam iis, qui læderẽtur
confirmatione adoptionis. Quinimò da-
to, ꝙ Capitaneus prætenderet creationẽ
horum, quos amouit ipſo facto, nullam
fuiſſe tanquã contra formã Regiæ Pra-
gmaticæ; adhuc illos citare debebat;
quia cum de reuocando actum, vtcunq;
nullum, & inualidum tractatur, ſemper
neceſſaria eſt citatio Bal. in l. ſi pacto C.
de pact. cum alijs cumulatis ab Hyppol.
in d. l. de vnoquoq; num. 28.

Rurſus citandi; q̃m certum erat poſſe
ſuper figurato intereſſe defenſionem eis
2 competere; quandoquidem, cum capita,
quæ ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ
remotionẽ à regimine inducũt, perpetuã
cauſam remouendi non habent; ſed quã-
diù cauſę prohibitionis durãt potuiſſent
particulares, ſi auditi fuiſſent, cõtrarium
oſtendere. Si .n. ideo erant remouendi,
quia cũ vniuerſitate fortè litigaſſent po-
tuiſſent litẽ finitã, vel ſententia, vel trã-
ſactione probare; ſin aũt ex eo, ꝙ res pu-
blicas adminiſtraſſent, nec cõputa reddi-
diſſent, potuiſſent ſe liberatos oſtendere;
Si deniq; ꝙ debitores vniuerſitatis exti-
tiſſent, ſolutione demonſtrata, figuratum
intereſſe reieciſſent. Cũ ergo in hoc Ca-
pitaneus eos non audiuerit, in quo facil-
limas, ac præſentaneas defenſiones ha-
bere potuiſſent; dubitandum non eſt de
nullitate huiuſmodi proceſſus.

Ex alio irẽ nullus; q̃m literæ Illuſtriſ-
ſimi Proregis, ſub quarũ calore, ſe dele-
gatũ Regium Capitaneus prætendit: ha
beat hæc verba, *ballando que exercitan*
officios contra de la forma della Regia
Pragmatica, &c. quę verba idẽ importãt
ac ſi dixiſſet; ſi tibi conſtiterit, quæ clau-
ſula ſi in reſcripto Principis apponitur
debet pars citari, & plenaria cauſæ co-
gnitio adhiberi; quia alias eſſet peruer-
ſus ordo, ab exequutione incipere l. fin.
C. ſi per vim, vel alio modo c. 1, de cauſ.
poſſeſs. & proprietatis, & plene Anchar.
conſ. 297.

Vltimò euidentiſſimè nullus iſte pro-
ceſſus; quia nõ ſeruata forma literarum
Illuſtriſs. Proregis, quæ dicunt, procedẽ-
do *en todo con conſulta del vueſtro Aſſeſ-*
ſore, quod Capitaneus minimè ſeruauit,
quia cũ ordinarius Aſſeſſor, illius votis
abnueret; ſuo conſilio nõ eſt viſus; ſed na-
ctus occaſionẽ abſentiæ d. cti Aſſeſſoris,
in eius locũ aſſumpſit Ioãnẽ Ant. Tarſia,
cognatũ aliquorũ de Palmerijs, & cũ il-
lius conſilio proceſſit, qui nõ potuit tra-
ctatũ hunc non detegere, eligẽdo poſtea
quinq; ex eius conſaguineis, & affinibus
in locũ amatorũ; ꝙ hæc aſsũptio alterius
Conſultoris non fuerit neceſſaria, nec ex
cauſa repentina; ſed expectata, patet ex
data literarũ Illuſtriſſimi Proregis, quæ
eſt 7. Decembris, & ſententia amotionis.
29. Ianuarij. Vnde nõ poteſt Capitaneus
dicere, ideo aliũ aſsũpſiſſe, ne exequutio
ordinis Dñi Proregis differretur cũ ipſe
fraudolẽter, cum reuerentia diſtulerit in
tempus, quo ordinarius Aſſeſſor abeſſet.

Secũdò ex his nullitatibus, quæ red-
dũt (vt dictũ eſt) proceſſum, & acta nulla,
fit ẽt iniuſta ipſa ſentẽtia; quæ ex alio ca
pite nulla, & iniuſta; nulla dico, quia la-
ta ex cõſilio Cõſultoris poteſtatẽ ad id
non habentis; tum ex prætermiſſa forma
literarum Illuſtriſſimi Proregis; tũm etiã
quia antequã ſententia proferretur, fuit
recuſatus, vt ſuſpectus, per cõparitionem
Sindici, qui inſtetit nõ eſſe procedendũ
cũ Conſilio Tarſiæ, tamquã notoriè ſu-
ſpecti, & affinis Palmeriorum, qui ſẽper
noſtro regimini, & electioni ſe oppoſue-
runt; vt oſtẽdũt acta Sacri Cõſ. Quæ re-
3 cuſatio omnino admitti debuit; † poteſt
.n. Conſultor, tamquã ſuſpectus recuſari

Ang.

Ang.conſ. 192. ſtatuto Ciuitatis Ferrariæ,& 230. quæreretur. Bal. in cap. ſuper quæſtionum 2.col.de offic.deleg.tt.& in l.1.3.notab. C.de relationibus,vbi dicit quod conſultor eligi non debet, niſi prius citatis partibus ad damnum ſuſpectos,& confidatos, pro quo eſt c. ſtatutum S. aſſeſſorem de reſcrip.in 6.† ſtante igitur recuſatione conſultoris, notoriè ſuſpectiſſimi, omnia cũ eius conſilio geſta, ſunt ipſo iure nulla ſecundum opinionem Ciuiliſtarũ,de qua teſtatur Bal. in cap. cum ſpeciali de appellat. & ibi Francus col.pen. verſic.quarta fuit opinio,vbi dixit,quod licet aliquando fuiſſet controuerſum, verum per ſolam recuſationem ſuſpendatur iuriſdictio;obtinuit pro Canoniſtis opin. Innoc. Sed de iure ciuili procedit alia, quod recuſata iuriſdictio ſtatim ſuſpendatur, quæ fuit etiam ex mente gloſ. in cap. quoties in primo 2. quæſt. 6. & in c. quod ſuſpecti 3. quæſt. 5. & in capit. Iudex in verſic. proponatur in fin. de offic. deleg. in 6. & ſequuntur. Hoſtiens in ſumma de offic.deleg. S. quis ritè eſſect us. Bartol. & Imol. in l. quia poterat ad Trebellia. & idem Imol. in l. quidam conſulebat de re iudic.& recuſatio quando eſt legitima prout in re præſenti reddit proceſſum nullum Alexand. in l. quia poterat col.2.nu.6.ad Trebellian.

Iniqua verò, ac notoriè iniuſta, cum reuerentia dicta ſententia; quia cauſæ prætẽſi intereſſe, ab ipſomet Capitaneo figuratæ,& conſtructæ fuerunt, quod ex duobus potiſſimè coniecturamus, quia de alijs nihil ſcimus,cum proceſſum non viderimus. Amouit enim inter alios magnificos de Sfortia, qui etſi litigaſſent aliquando;fuit tamen lis ſopita:ſed præter hoc alius color additus, quod ij annuos haberent introitus emptos ab vniuerſitate, de quibus dicit eos debitores vniuerſitati pro rata functionum fiſcalium, neſcius quam enixè hodie controuertitur iſtis tribunalibus Sacri Conſilij, & Regiæ Cameræ Summariæ, vtrum huiuſmodi ſolutiones debeantur. Similiter Monfredus de Monfredo poſtquam ad hanc Ciuitatem ſe contuliſſet ad proſequenda grauamina contra Capitaneũ,abſens ab eo citatus,& condemnatus fuit ad reſtituendam certam ſummam vniuerſitati, quam dicit ſuperfluè illi ſolutam,iam ſunt anni quatuor, cùm pro ſeruitio vniuerſitatis hic vacaſſet; & ſic cauſæ itæ figuratæ, & procuratæ ab eodẽ Capitaneo ex odio,quo hos noſtros de regimine proſequebatur; eo ꝙ pluries corã Illuſtriſſimo Domino Prorege de ipſo conqueſti ſunt, & ſupplicationem porrexerunt in Sacro Conſilio de nonnullis grauaminibus eiuſdẽ. Iterum iniuſta ſententia circa caput electionis aliorum in locum amotorum, quia electio per Capitaneũ fieri non poterat;ſed vigore Regiæ Pragmaticæ ad vniuerſitatem ſpectabat.

Tertio,& vltimo ex remedio attentatorum ſunt omnia reducenda ad priſtinum; quæ attentata fundãtur primò ex proximè præcedentibus, Quia non obſtantibus ſuſpitione propoſita, ac prouiſione Sacri Conſilij, quod via facti nihil innouaret; Capitaneus iſtis non auditis, & ſic de facto, & cum Conſilio Iudicis recuſati proceſſit ad ſententiã, quæ præter nullitates iam dictas, venit etiam reuocanda per remedium attentatorum; tãquam lata poſt recuſationem:qua mediante (vt iàm dictum eſt) ſuſpeditur iu-
5 riſdictio recuſata; † & ſicut attẽtata poſt appellationem, ita & poſt recuſationem ſunt reuocanda glo.in d.cap. quoties 2. quæſt.6.& Franc.in rubr. de appellat. & in cap.cum ſpecial.rurſus reuocãda omninò attentata, & noſtri in poſſeſſionem reponẽdi;quia ab aſſerta ſententia amonitionis fuit ſtatim appellatum, tam per Sindicum vniuerſitatis, cui fuit intimata;quam per ipſos particulares; qua appellatione pendente non poterat Capitaneus illos amouere, nec alios nouiter creatos in regimẽ inducere; cum ab hoc quoq; actu Sindicus repugnando appellauerit. Vulgata ſatis ſunt,quæ de attentatis iura ſtatuunt, vt ſuperfluum ſit ali-
6 qua deducere ; † ſed videatur quaſo tex. apertiſſimus in l. vnic. verſic. ergò ff. nil

S 2 innauat.

innouar. appellatio interpoſi. vbi ſi abſtinere ordine quis iuſſus ſit, & appellauerit; fungitur interim honoribus, & poteſt (vt iureconſ. inquit) cœtum participare; integer enim ſtatus eſt, appellatione interpoſita; per quem tex. glo. magiſtralis in cap. ſæpè in verbo ſententia propè finem de appellat. hoc ſpeciatim concludit, quod Epiſcopus depoſitus, appellatione pendente iuriſdictionem adminiſtrat, & ſi interim aliquem excommunicauerit, tenet excōmunicatiō; rationem deinde aſſignans, ſubdit, quia ex quo appellauit reman ſit in officio; qui enim appellat, condemnatus nō dicitur, quæ omnia procedunt, etiam quod appellatio nō ſit recepta. Quinimò etſi Principi reſcribendum Præſes putauerit, ſubſtinenda eſt exequutio, & interim ſuum ſtatum condemnatus retinet, de vtraque eſt text. elegans in l. ſi quis filio §. his autem ff. de iniuſt. teſtam.

7 Nec obſtat ſi dicatur Capitaneum in hoc actu merū exequutorē fuiſſe, & delegatum ab Illuſtriſſimo Prorege, vt ſic appellationem recipere non tenetur, ſed literas exequi; non obſtat, dico, ex duobus. Primò quia literæ illæ, nec delegatum, nec exequutorem ipſum faciunt; quia in his literis in hac commiſſione nil plus additur, nec minuitur vltrà id, quod ex ordinaria poteſtate potuiſſet Capitaneus, vt ſcilicet Pragmaticas Regias obſeruari faceret; vt literæ dicunt, quo caſu ſuperior ita ſcribens non delegat, ſed iuriſdictionem ordinariam excitare dicitur Alex. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter nu. 11. & ſeq. poſt Aret. & Roman. ibi ff. de verbor. obligat. & in l. more vbi omnes ff. de iuriſd. omni. iudic. Secundò, quia etſi exequutor merus fuiſſet; adhuc non poterat ipſos non auditos amouere, quemadmodum in terminis concludit Card. conſ. 10. incipiente Iacobus exequutor, & 54. incipiente in cauſarum palatio; dicens, quod merus exequutor non remouet poſſeſſorem, eo non citato; etſi expulſus ſine citatione, appellat; ſtatim obtinebit in Curia, reuocari poſſeſſionem ei ablatam; prout abſque dubio Sacrū Regium Conſilium reuocabit omnia iſta, quæ Capitaneus, ita nulliter, & animosè, cum reuerentia geſſit, nimium fauens Palmerijs, & alijs; quorum facto ſtatus illius regiminis ſæpiſſimè turbatus, vt Sacrum Conſilium nouit in maximum damnum & collapſum ipſius ciuitatis, quam Excel. Dominis enixè commendo.

Io. Camillus Biloctæ.

ALLEGATIO

NONA.

Pro

Tractatur de euictione, an debeatur non ſequuta ſententia.

SVMMARIVM.

1 *Euictio debetur cum res reſtituitur petitori, vel emptor condemnatur, vel poſſeſſor ab emptore conuentus abſoluitur.*

2 *Euictio tunc debetur, quoties res ita amittitur, vt eam habere emptori non liceat.*

3 *Euictio non debetur propter quamlibet controuerſiam motam.*

4 *Euictio vt competat, requiritur denuntiatio authori.*

5 *Euictio non competit, ſi culpa emptoris res amittitur.*

6 *Euictionem eſſe promiſſam de iure, & de facto, quid referat remiſſiuè.*

7 *Iudex debet vocare in iudicio, eos de quorum intereſſe agitur.*

PVTO in præſenti cauſa abſoluēdū eſſe conuenctū iudicio euictionis ex ſequētibus.

Vera eſt in primis iuris regula
1 tunc cōmitti euictionis ſtipulationē tum res reſtituitur

petitori

petitori, vel in litis exiſtimationem emptor condemnatur, aut poſſeſſor ab emptore conuentus abſoluitur tex.not.in l. euicta §.duplę ff.de euict.quod adeo verū eſt,vt etſi certum ſit euictionem futuram, reſtitutio autem facta non fuerit, non poteſt emptor contra veditorem recurſum habere l. ſi ſeruus venditus §. ſi. ff.eo.qui enim rem emit,& poſtea poſſidet, quamdiù euicta nō eſt, authorē ſuū propterea quod alienata, vel obligata res dicatur conuenire non poteſt l. 3. C. de euict.

2 Secundò vera, & indubitata eſt item iuris regula, tunc euictionē deberi quoties res ita ammittitur, vt eam emptori habere nō liceat, propter ipſam euictionem d.l.ſi ſeruus §.fi.illud ergo impedimentum ius cōſiderat,quod proximam cauſam euictioni præſtat, quia tunc euicta res dicitur cum habendi ſpes eſt abſciſſa l. euictus ff. eo.

3 Tertio veriſſima concluſio in mat. euictionis eſt illa.non omnem controuerſiam emptori motam euictionem cauſare, ſed eam tantum propter quam in iudicio ritè, à rectè emptor condemnatur l.non tam conſequens. & l. ſi dictum §. 1.ff.de euict.l. ſi non iniuria C.eo.l. non vtique ff.de rei vend.ç.

4 Quarto indubitatum eſt aſſumptum, recurrere ad venditorem emptorem non poſſe pro euictione,niſi prius denunciata fuerit lis,iura ſunt vulgaria in l.ſi rem quam §.fin l.Herennius ff.l.emptor cum ſeq.C. eo, quæ denunciatio ſi facta non fuerit, nec litis expenſas recurabit emptor,etiam quod venditor aliunde controuerſiæ notitiam habuiſſet Abb. in c, fin.de empt.& vendit Dec.conſ.74. col. 2. qui enim non denunciat ſuo auhori victus parum inſtructus dolo feciſſe videtur l.ſi fundo ff.eo.

5 Quinta rurſus, & nō minus vera iuris poſitio,ſi emptor ex poſſeſſore culpa ſic petitor fiat, venditorem non teneri textr. optimus in l.ſi rem § ſi duplæ ff.eo. quæ culpa in hoc quoque conſiſtit, ſi cum ſuſpicetur ſe poſſe repelli poſſeſſionem amittit, nulla enim in hoc caſu euictionem committi expreſſius firmat Bar. inter conſ.Angeli conſ.176.

6 Supradictis non obſtat ſi dicatur euictionem eſſe promiſſam, de iure, & de facto in ampliſſima forma iuxta tradita per Cyno.& alios in l.fin. C.de act.empti, & Bar. & cæteros in l. ſtipulatio iſta habere licere ff.de verb. oblig.nam in facto deductum eſt propriam culpam fuiſſe in cauſa,vt expelleretur actor,qui neque in indicio comparuit denunciando authoribus, qui vtiq; ſi vocari eſſent ſua

7 iura propoſuiſſent, † & iudex non proceſſiſſet ad inſtar priuati non vocando eos quorum intereſt l. fin. C. ſi per vim vel alio modo, per quem tex.ita in ſpetie concludunt Bal. in d. conſil. 176. Dec. conſ. 75. quæ iudicis iniuſtitia opitulatur eſto quod euictio de iure,& de facto ac per iudicis imprudentiam ſit promiſſa d.l. emptor, & l. ſi per imprudentiam vbi Ba.ff. eo, & Bal. & Dec. in præcitat. conſ.

Io. Camillus Bilocta.

ALLEGATIO DECIMA.

Pro magnifico Barone Latiani cōtra Reuerendum Archipresbyterum dictæ terræ.

Tractatur de materia ſpolij, & de limitationibus cap.reintegranda 3.q.1.

SVMMARIVM.

1 *Spolij iudicio agent debet probare poſſeſſionem antiquiorem penes ſe poſteriorem vero cum vitio ſpolij penes conuentum.*

2 *Spoliatus ante omnia debet reſtitui.*

3 *Interdictum reſtitutorium, & conſeruato-*

ſeruatorium qualiter differant.

4 *Actio de ſpolio competit aduerſus ſpoliatorem.*

5 *Vi deiecisse quis dicatur ſecundum ius ciuile, & quis ſpoliator ſecundum iura canonica.*

6 *Spolij in iudicio debet probari, nedum factum, ſed mens etiam, & propoſitum ſpoliandi.*

7 *Delictum in dubio ſemper excudendum.*

8 *Vim non infert, qui ſuã poſſeſſionem retinet.*

9 *Agens de ſpolio debet docere de ſua antiquiori poſſeſſione.*

10 *Verba aſſertiua notarij. quando probent.*

11 *Notarius non præſumitur rogatus, niſi de his, quæ coram eo fiunt à cõtrahentibus.*

1 PRETENDIT actor nomine ſuæ Eccleſiæ agens ſpolio terrarũ in iudicio deſcriptarum, & iuris decimandi, nec non poſſeſſorio cõſeruãdę poſſeſſionis, debere obtinere contra magnificũ Baronẽ Latiani, cũ ſatis conſtet probaſſe extrema habilia in talibus requiſita, & præſertim antiquiorem poſſeſſorem penes Eccleſiam, & Abbatem, & poſteriorem cum vitio ſpolij penes conuẽctum, quem dicit exegiſſe dictas decimas ab hominibus caſalis Latiani ſuis vaſſallis ab annis ſex, & illas in ſuos proprios vſus conuertiſſe.

Ex quibus infert ſpoliatum ante om-
2 nia eſſe reſtituendum tot. tit. extra, & in 6. de reſt. ſpoliat. cap. reintegranda primo, & ſecundo tertia quæſtio. prima ea potiſſimam ratione, quoniam equiſsimũ fuit vi directo ſubuenire ad recuperandam ſuam poſſeſsionem l. 1. §. 1. ff. de vi. & vi arma. ſimiliter, & interdicto conſeruatorio ei conſulendũ eſt, ne poſthac vim patiatur, quoniam, vt eleganter inquit Vulpianus in l. 1. §. vti poſsidetis ff.
3 vti poſsid. † interdictam de vi reſtituit vi amiſſam poſſeſsionem alterum verò vbi poſsidetis, ne amittatur recepta poſſeſſio conſulit, ſic itaq; alterum oppugnat poſſeſſorem, alterum illum tuetur, vnde reſtituendus eſt ſpoliatus taliter, vt recipiat quicquid habiturus eſſet ſi deiectus non fuiſſet l. 1. §. qui vi deiectus de vi, & vi arm. & l. fin. ff. eo. & in Regno habemus conſt. violentias, & circa violentiarum idem diſponentes.

4 Sed his non obſtantibus, verius videtur triplici ratione actoris intentionem corruere; prima quidem ob manifeſtiſsimum vitium carentiæ actionis, cum incerti iuris non ſit, agentem de ſpolio cõtra eum, qui nec ſpoliauit, neque poteſtatem habet reſtituendarum rerũ vi ablatarum, ſiue actione, & inepte agere l. ſi vi me la prima & l. cum à te ff. de vi & vi arma cap. cum ad ſedes de reſt. ſpoliat. cap. e contulrarionibus de foro competen. ſpecul in tit. de primo, & ſecundo decreto in §. iam de effectu, & in tit. de reſtit. ſpoliat. in principio Oldrad. conſ. 223. hæ ſunt allegationes, & in conſ. 226. de toto. Decius conſ. 106. prima, & ſecunda, col. & ſeq.

5 Vnde cũ ex probationibus actoris liqueat, terras numquam fuiſſe, neque eſſe in poſſe conuencti, ſed dictorum vaſſallorum, ſimiliter, & ius decimandi nunquam fuiſſe occupatum ab ipſo conuencto, quoniã exegit decimas, non iure alieno, ſed proprio feudali, ceſſat ſpolium cum is difiniatur ab Vulpiano vi poſsidere, (quem canones ſpoliatorem dixerunt), qui expulſo venere poſſeſſore acquiſitam per vim obtinet poſſeſſionem, prout in d. l. 1. §. eum qui.

Secunda. in ſpolio requiritur mens, &
6 propoſitum ſpoliandi, quod cum non ſit in hoc iudicio probatum, non poterat actor de iure obtinere, fuit hoc egregiũ & originale dictum Innoc. in cap. quærelam circa medium de elect. quod tamquam perpetuo menti tenendum ſequutus eſt

tus eſt

tus eſt Bald.in cap. 1. de contrau, inter
vaſſall.& Epiſ. & Alex.in l. fin. ff. quor.
leg. inde cum conuenctus exegerit iure
proprio feudali, vt diximus, tamquam
Baro dicti caſalis, quod per plura ſæcu-
la per ſe & per anteceſſores tenuit in fe-
dū a Regia Curia mediātbuis regijs pri
uilegijs in actis exhibitis: ceſſat actio in-
8 tentati ſpolij, tum ex his,† cum etiam ex
vulgata regula, quod quotieſcunq; vna
& eadem diſpoſitio poteſt trahi ad deli-
ctum,& non delictum; debet de iure fie-
ri benigna interpretatio, qua excludatur
delictum l.ſi pura ff. quæ in fraud.cred.
Bald.in l. precibus C. de impub. à alijs.
ſub.& in l.non ſolum §. ſed, & reprobari
ff.de noui ope. nunc.Alexand. cōſ. 106.
in 4.vol. &quamuis in exactione dicta-
rum decimarum conuenctus vim aliquā
adhibuiſſet †, adhuc non poteſt dici vi-
tium aliquod circa id commiſiſſe, quo-
niā nó dicitur vim inferre qui poſſeſſio-
nem retinet prout in d. l. 1. §. ſed qui
per vim ff. de vi & vi armat.

Tertia ſi quis conqueratur, ſe ab ali-
quo re ſua ſpoliatum, à quodā præſcri-
9 pto tempore,& aduerſarius ex contrario
probet, ſe à tempore anteriori poſſediſſe
ceſſat propoſitum ſpolij iudicium, quo-
niam primum extremum habile, quod
eſt antiquior poſſeſsio non ſolum nó re-
peritur apud actorem, ſed quod maius
penes conuenctū pro hoc affertur deciſ.
Rotæ 153. in nonis fuit dubitatum.

10 Nec obſtant aſſertæ ſcripturæ produ-
ctę ab actore, quibus videtur probari di-
ctam Eccleſiam habere dominium caſa-
lis, quoniam ſcripturæ notariorum aſſe-
rentium rem geſtam in tali loco territo-
rij talis terræ, non probant territorium
glo.in l.cum aliquis in verſic. ex hoc C.
de iure delib.& in l.prędijs §.titio,& ibi
Bar.ff.de leg.tertio.Idem Bar. Bal. Saly.
Caſtren,& Alex.in d.l. cum aliquis De-
cius conſ.146. col.5.Felyn.in capit.cum
cauſam 4. col. verſic. gloſa in verbo fa-
mam de cenſibus, nam notarius non prę-
ſumitur rogatus de alijs, quā de ijs, quæ
fiunt à contrahentib. coram ſe Federi-
cus de Senis, qui prius hoc dixit in conſ.
101. Domina Margarita, quod ſequutus
eſt Innocen. in cap. fraternitatis de hæ-
ret.& in cap. 1. de fide inſtrumen. Bal.in
rub. C. eo 3. col.& in l.cum precibus C.
de probat,& in auth. ſed nono iure C. ſi
certum petatur Paul.de Caſtr.in cóſ.40.
ex quibus liquet de iuſt. conuencti qui
propterea abſoluendus venit.

Io. Camillus Bilocta. ita conſule-
bant alij magnifici aduocati conuencti.

Finis Allegationum.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

INDEX.

SENTENTIARVM IN TRACTATV DE ABSOLVTIONE IVRAMENTI

Et in Allegationibus Ioannis Camilli Biloctæ I. C. Doctiſsimi contentarum.

ABBATES exempti, & mitrati qui nõ ſint nu. 1. 93

Abbates exempti habent iuriſdictionẽ Epiſcopalem, & vtuntur mitra, & cõſecrantur, nu. 4 fol. 94. & cõferunt minores ordines, nu. 5. & diſpenſant in omnibus caſibus, in quibus poteſt Epiſcopus diſpenſare, nu. 6. & in foro exteriori abſoluunt à cẽſuris, num. 7. & à iuramento abſoluunt, num. 8.

Abſolutio iuramenti duplex, num. 1. 2

Abſolutio in quam iuramenti ſpeciem cedat, num. 11. 2.

Abſolutio iuramenti regulatur ex primarijs cauſis reſcindendi contractum, nu. 9. 2

Abſolutio iuramenti neceſſaria eſt ſtante dolo re ipſa, num. 9. 5

Abſolutio iuramenti ad finem agendi ex qua cauſa detur, & quid operetur, nu. 15. 6

Abſolutio iuramenti, quando interuenit læſio concedi debet non obſtante quod in vẽditione ſit donatũ illud plus iuſto pretio, & dictum, omnia, & ſingula eſſe vera, & renunciatum omni legum auxilio, num. 16. & ſeq. 6

Abſolutio iuramenti vtrum ſit neceſſaria, quando venditor agit ad ſupplementum iuſti pretij, non ad rei reſtitutionem, num. 24. 9

Abſolutio habet tacitam conditionem ſi abſolutus iura ſua probauerit, numero 4. 23

Abſolutio ad finem agendi proficit ad finem obtinendi, num. 3. 29

Abſolutio an requiratur in iuramẽto appoſito in contractu contra prohibitionem legis, num. 7. & 8. 38

Abſolutio quid operetur in ſimulato contractu, num. 6. 49

Abſolutio qualiter concedenda ſit in con-

† tractu

INDEX.

tractu ſimulato, num. 16. 12

Abſolutio iuramenti ad Eccleſiaſticum Iudicem ſpectat, num. 1. 71

Abſolutio per procuratorem peti poteſt, nu. 3. 96

Abſolutio iuramenti diſpenſatio eſt, num. 3. 100

Abſolutio an ex officio, abſque partis inſtantia impartiri poſſit, numero 6. fol. 100

Abſolutio quando peti debeat, & quando concedi, num. 2. & ſeq. 101

Abſolutionis beneficium in abſentem confertur, num 6. 96

Abſolutus ſi ſuccubit remanet periurus, & pœnas in contractu appoſitas incurrit, num. 3. 23

Actionis appellatione quando reſtitutio continetur, num. 3. 100

Actus factus in fraudem legis eſt ipſo iure nullus, & an iuramento firmetur, num. 23. 41

Actus iuratus habet plenam probationem ex vi iuramenti, num. 1. 97

Adhoa ſoluitur ab vtili domino in locum perſonalis ſeruitij, pro feudo debiti directo domino, num. 1. 121

Adhoam exigere, vel ſeruitium perſonale in Domini eſt electione, numero 2. fol. 121

Adhoam ſine releuium vtrum ſoluat, qui percipit annos introitus ſuper feudo, nu. 1. 122

Adhoa præſtatur ex fructibus feudi, & id quomodo intelligitur, numero 4. fol. 122

Adhoa non ſoluitur pro vita, & militia, num. 8. 122

Agere, qui poteſt, idem, & peragere, num. 2. 29

Alienatione prohibita, neceſſaria, & voluntaria, hominis & legis alienatio prohibita cenſetur, num. 27. 131

Alienari prohibita, nec per delictum alienare licet, num. 16. 130

Anima hæredis ex iuramento defuncti ſpiritualiter non ligatur, numero 5. fol. 98

Annua perceptio, nec ius in re, nec poſſeſſionem tribuit, ſed tantum ius exigendi, num. 13. & 18. 123

Apoſtatare quis dicitur per aſſertionem alterius religionis, num. 1. 131

Appellatione interpoſita, ſi is qui per ſententiam iuſſus eſt, abſtinere ordine adhuc fungi poteſt honoribus ſicuti in ſimili caſu Epiſcopus depoſitus, poteſt adminiſtrare, num. 5. 139

Aſſenſus effectus qui nam ſint, numero 18. fol. 123

Attentata, & innouata poſt appellationem interpoſitam, & poſt allegatam recuſationem, reuocari debent, & ad priſtinum reduci, num. 5. 139

B

BARO non habens clauſulam in priuilegio cum publicatione bonorum, an poſſit cognoſcere de crimine vſurarum. num. 1. 118

Baro eſt Iudex ſuorum vaſſallorum, & nil aliud habet præter hoc, niſi in priuilegio ei ſit conceſſum, numero 12. fol. 119

Baro non habet iuriſdictionem cauſarum criminalium de iure Regni, niſi in ſpecie ſit conceſſa, num. 13. 119

Baro in Regno an habeat iuriſdictionem tamquam ordinarius, vel vt delegatus ſecundum opinionem Afflicti, contra quem tenet Author, numero 14. fol. 119

Barones de iure ciuili an cogniti, num. 8. fol. 119

Barones de iure communi non habebant iuriſdictionem, num. 10. 119

Barones ſunt officiales Regij, non ratione feudi, ſed priuilegij, numero 17. fol. 119

Barones non habentes in priuilegijs clauſulam cum publicatione bonorum, nõ poſſunt publicare, & licet poſſit cognoſcere, non tamen ſibi applicare bona publicata num. 25. 120

Beneficiorum collatio capitulo, an competat Sede vacante, num. 12. 92

Boni mores, qui nam ſint tam ſecundum ius ciuile, quam ſecundum ius canonicum, folio 60. numero 1. cum ſeq. & fol. 63. num. 18.

Bonos cõtra mores illa ſunt, quæ tamquam ex ſe turpia à lege prohibentur, num. 3. fol. 60

Capitulum

INDEX.

C

Capitulum Sede vacante, Epiſcopi vicem obtinet,num.1. 91
Capitulum Sede vacante Vicarium poteſt conſtituere,numero 7.fol.91. & abſolutè ab excommunicatione, num. 8. & abſolutionem iuramenti concedit,nu.9. 92
Cardinales in Eccleſijs ſuorum titulorum an habeant iuriſdictionem Epiſcopalem num.1. 90
Cardinales in Eccleſijs titularibus ſi ſunt Epiſcopi habent ea,quæ ſunt iuriſdictionis, & ordinis,ſed ſi non ſunt Epiſcopi habent tantum ea, quæ ſunt iuriſdictionis,num.2. 90
Cautio an ſit de ſubſtantia, & definitione vſuſfructus,num.7. 136
Cautio an poſſit remitti vſufructuario à teſtatore,num.4. 136
Cautio in vſufructu, reſpicit fauorem proprietarij. num.6. 138
Cautio ſi minimè fuerit praſtita poterit hæres vendicare rem ab vſufructuario, num 5. 136
Ceſſionarius agendo an principalem periurium faciat. num.6. 103
Citari debent omnes de quorum intereſſe agitur,num.1. 138
Citatio partis non requiritur in ſimplici habilitatione. quod ſecus eſt in totali relaxatione,num.2. 24
Citatio partis, an requiratur, quando officium Iudicis imploratur, num.6. 25
Citatio an requiratur in quolibet actu, in quo cauſa cognitio adhibetur,numero 7. fol. 26
Citatio non requiritur in actu qui omnino fieri debet,num.8.cum ſeq. 26
Ciuium remotio ab adminiſtratione vniuerſitatum perpetuam cauſam non habet, & ideo ceſſante impedimento remoti poſſunt exercere,num.2. 138
Clauſula cum aquis, molendinis, paſſibus & c. eſt neceſſaria in priuilegijs,num.19 fol. 120
Clauſula cum mero, mixtoque Imperio, & gladij poteſtate eſt neceſſaria, alias in generali conceſſione non veniunt,nu.16 fol. 119
Clauſula ex certa ſcientia, & motu proprio non tollit vitium ſubreptionis,num. 14. 84
Clauſula ex motu proprio,non ampliat gratiam contra, vel præter mentem concedentis,num.15. 84
Clericalis priuilegij renuntiatio publicum fauorem reſpicit,num.12. 38
Communis opinio iudicando, & conſulendo, an & quando ſit amplectenda, num. 2.fol. 126.num.5. 126
Compenſatio, an excuſet eum qui iurauit ſoluere à periurio, numero 9.fol. 106.& quid in cōpenſatione crediti ceſſi, nu. 10 fol. 107
Compromiſſum inter contractus bonæ fidei numeratur,num.22. 8
Concubinatus de iure ciuili permiſſus, improbatur de iure canonico, numero. 14. fol. 52
Conditio ſi ſine liberis deceſſerit, num. purificetur extantibus liberis incapacibus,num.7. 129
Conditionalis diſpoſitio ſi in vno deficerit in totum corruet,num 12. 110
Coniectura plurimum operantur in vltimis voluntatibus,num.5. 129
Conſul an poſſit ſe ipſum emancipare,num. 7. 83
Conſultor poteſt allegari ſuſpectus, quando datus eſt non citata parte,numero 1. fol. 138
Contractus dolo initus an abſolutione indigeat,num.19. 43
Contractus ſtricti iuris dolo initi, valide ſunt de iure ciuile, quod ſecus de iure canonico, num.20. 46
Contractus quādo ipſo iure nullus eſt, datur repetitio datorum,num.87. 3
Contractus venditionis in quo dolus reipſa cadit, ipſo iure valet, ſed poteſt agi ad ſupplemendum pretij, numero 1. fol. 4
Contractus contra prohibitionem legis, eſt ipſo iure nullus, num.1. 31
Contractus contra prohibitionem legis cōtinet tacitè clauſulam derogatoriam, num.4. 37
Contractus contra prohibitionem legis, an abſolutione indigeat,num.1. 38
Contrahentes licet ſe decipere, numero. 8. fol. 43

D

Debitor an poſſit cogi ad ſoluendum vſuras indebitas,num.17. 57
Debitor antequam tempus inſtet poteſt cogere creditorem ad remittendum iuramentum,num.18. 57
Delegatio differt ab exercitatione iuriſdictionis,num.7. 140
Delictum in dubio ſemper excludendum, num.7. 143
Diſpenſare quid ſignificet, num. 10. 92

† 2 Diſpen-

Diſpēſandi facultas ad Epiſcopum ſpectat iure communi, non ſingulari, num. 11. fol. 92
Doctoris, qui aliquam quaſtionem principaliter tractat, multum eſt deferendum opinioni, num. 3. fol. 126
Doloſus contractus firmatur iuramento, & abſolutione indiget, num. 7. 43
Dolus re ipſa, ſeu praſumptus, num vero dolo equiparetur, num. 7. 4
Dolus praſumotus vero dolo equiparatur in contractu minoris, num. 12. 6
Dolus praſumitur in renuntiatione clauſularum, ſicut in ipſo contractu, in quo adeſt laſio, num. 19. 8
Dolus quotuplex, num. 2. 43
Dolus incidens non annullat ipſo iure contractum, num. 5. 43
Dolus incidens quomodo purgetur, num. 6. fol. 43
Dolus deceptiuus, item malus, & praſumptus qui ſint, num. 9 & ſeq. 44
Dolus cur malus dicatur, num. 14. 45
Dolus dans cauſam contractui ipſo iure contractum annullat, & quare, num. 15 fol. 45
Dolus omnis contra ius diuinum, num. 17 fol. 45
Dolus ſi ſcienti inferatur is non poterit conqueri, num. 23. 47
Dolum habent omnia, qua ſunt de genere probibitorum, ſi ſcienter fiant, nume. 1. fol. 43
Donatio inter virum, & vxorem num iuramento firmetur, num. 15. 62
Donatio cauſa mortis fit irreuocabilis per pactum de non reuocando, num. 19. 66
Donans annuam perceptionem ſuper feudo, poteſt de feudo diſponere, & aliunde ſoluere donatario, num. 17. 123
Dotalis fundi alienatio, an firmetur iuramento, num. 18. 39

E

EA, qua ſunt de iure ciuili poßunt ſtatuto, pacto, & conſuetudine tolli, num. 12. 66
Emptor donec reſtituit rem ex remedio l. 2. C. de reſcin. vendit. dicitur poſſeſſor bona fidei, & propterea fructus medij temporis facit ſuos, num. 3. & ſeq. 4
Emptor etiam qui vigore l. 2. agit contra contractum, ſicut venditor eget abſolutione, num. 21. 8
Emptoris in facultate eſt rem reſtituere, vel pretium ſupplere, num. 2. 4
Epiſcopus regulariter iuramentum relaxare poteſt, & ad finem agendi abſoluere, num. 1. 87
Epiſcopus abſoluere debet cum iuſta cauſa num. 2 87
Epiſcopus vtrum abſoluere poſſit quando eſt dubium, num abſolutio ſit concedendo ibidem; num. 5
Epiſcopus in quibus caſibus remittere poſſit iuramentum, num. 9. & ſeq. 89
Epiſcopus electus non dum confirmatus vtrum abſoluat, num. 13. 89
Euictio debetur cũ res reſtituitur petitori, vel emptor condemnatur, vel poſſeſſor ab emptore conuentus abſoluitur, num. 1. fol. 140
Euictio quando debeat? & qua requirantur, vt euictio competat, num. 2. & ſeq. fol. 141
Exceptio periurij quando ad merita referuetur per Iudices laicos, num. 7. 81
Excommunicationis abſolutio an per procuratorem peti poſſit, num. 3. 97
Expreſſi vim habet identitas rationis, nu. 3 fol. 129

F

FAbrica Baſilica Principis Apoſtolorum priuilegium deſcrib. num. 1. 99
Feudorum alienatio probibita eſt ob fauorem publicum. num. 14. 39
Feudum poteſt conſiſtere in annua praſtatione, quando annuus redditus, vel ciuilis annona infeudatur, num. 9. 122
Fideicommiſſum tacitũ inducitur per probibitionem alienationis extra familiam num. 14. 13
Filijs natis, ex inceſtis nuptijs debentur alimenta de iure canonico, num. 16. 62
Filiorum familias nuptia non requirunt patris conſenſum de iure canonico, quod ſecus de iure ciuili, num. 10. 61
Fiſco ex perſona incapaci, qui reſtituturus eſt hereditatem, competit legitima, & Trebellianica, num. 20. 131
Fiſcus numeratur inter extraneos heredes, num. 6. 129
Fructus percepti ab herede, ſeu ab alio extraneo, vtrum debeantur vſufructuario, qui non ſatiſdedit, num. 10. 136
Futura ſucceſſionis renunciatio, an iuramento firmetur, num. 11. 61

Gabella.

INDEX.

G

GAbellarum impoſitio eſt de regalibus, & ideo in generali conceſſione non venit, num. 23. 20
Gloſa in l. adigere, §. quamuis ff. de iure patronatus confutatur, num. 4. 73
Gloſa, & text. in l. vnica C. ne ſine iuſſu Principis declaratur, & nouiter explicatur, num. 4. 118
Gloſa authoritas maxima eſt, & ab eius opinione quando ſit recedendum, num. 1. & 4. 126.

H

HAbilitatio à iuramento ſimplex, quãdo concedatur, num. 2. 1
Habilitatio contractum non reſoluit ibid. num. 3
Habilitatio cur ſic dicta, num. 5. 2
Habilitatio periurium quomodo euitet, nu. 1. 23
Habilitatione conceſſa, remanent alij effectus iuramenti, ſed tantum aperitur via ad agendum, num. 2. & 5. 23
Habilitatio ſimplex non tollit ius partis, ideo in ea nulla citatio requiriturr nu. 1. 24
Habilitationi à iuramento ineſt conditio ſi probatum fuerit, num. 1. 29
Hæreditas pacto, neque dari, neque adimi poteſt, num. 4. 65
Hæres conuentionalis quis ſit, nu. 32. 69

I

IMputantur in legitimam, & trebellianicam bona alienata in vita ab inſtituto, num. 21. 131
Inſtantiæ prorogatio publicum fauorem reſpicit, num. 13. 39
Interdictum reſtitutorium, & conſeruatorium, qualiter differant, num. 3. 142
Interpretatio in dubio ſemper eſt facienda in beneficium iurantis, num. 1. 105
Inuentarij confectio num remitti poſſit, num. 13. 137
Ipſo iure, & ipſo facto quid fieri, quomodo intelligatur per totum, fol. 31
Iudex debet vocare omnes in iudicio de quorum intereſſe agitur, num. 7. 141
Iudex Eccleſiaſticus quando poſſit inhibere ſæculari, in iudicio relaxationis iuramenti, num. 4. 80
Iudex cauſæ præparantis, quando ſit Iudex cauſæ præparatæ, num. 2. 79
Iuramenti effectus duplex, num. 4. 2
Iuramentum, an tollat læſionem enormiſſimam, num. 5. 4
Iuramentum minoris, mulieris, & ruſtici læſionem non tollit, num. 11. 6
Iuramentum procuratoris, an noceat domino, num. 25. 10
Iuramentum illicitum, vel illicito contractui adiectum, nullum eſt, nu. 1. 33
Iuramenti definitio ex Canoniſtis, & ex Cicerone, num. 2. 33
Iuramentum illicitum, quod ſit, num. 1. & 7. 34
Iuramentum aliter conſideratur à lege canonica, quàm à lege ciuili circa abſolutionem, num. 8. 34
Iuramentum an ſit illicitum, debet inſpici, ex qua parte contrahentium vertatur illicitum, num. 9. 34
Iuramentum illicitum, an relaxetur abſque partis citatione, num. 10. 35
Iuramentum poteſt præſtari per procuratorem, num. 1. 96
Iuramentum an tranſeat ad hæredes, nu. 2. 97
Iuramenti effectus, qui nam in hæredem tranſeant, num. 3. 98
Iuramentum appoſitum in pacto de non reuocando alienationem feudi, non ligat iurantem, ſi dominus renuat, num. 4. fol. 106
Iuramentum in præiudicium ſuperioris non obligat, num. 6. 106
Iuramentum intelligi debet prout iurantes intelligunt actum, ſuper quo interponitur, num. 7. 106
Iuramentum illicitum, an abſolutione indigeat, num. 12. 35
Iuramenti illiciti, acceptior eſt tranſgreſſor quam obſeruator, num. 13. 35
Iuramentum in contractu ſimulato non indiget abſolutione, num 18. 53
Iuramentum habet clauſulam, quod non valet, vt ago, vt ago, valeat, vt valere poteſt, num. 17. 66
Iurans excuſatur à periurio propter factum ſuperioris, num. 2. 105
Iurans ſcienter illicitum qualiter puniatur, num. 18. 35
Ius canonicum, quomodo iudicet bonos mores ciuiles, num. 13. 66
Iuſiurandum turpe ita remittitur, ac turpes conditiones, num. 4. 34

L

Læſio etiam modica conſideratur in minore pro exceſſu dimidia iuſti pretij, quod ſecus eſt in maiore, num.12. 19
Læſio colorata, & ſuperficiaria ſufficit, vt minor reſtituatur, num.13. 19
Læſionis enormiſsima intuitu datur abſolutio ad finem agendi, & id quomodo intelligitur, num.15. 6
Læſio non tollitur à iuramento minoris, mulieris, & ruſtici, num.11. 6
Laici Principes nullam habent ſuper iuramento poteſtatem, in remittendo, abſoluendo, aut diſpenſando, num.2.72. quod limita, num.5. 73
Laici Principes, quãdo naturalis ratio ſuadet, publica vrget neceſsitas poſſunt ſuper iuramento ſtatuere, num.8. 74
Laicus Iudex poteſt declarare periurium quem incurriſſe, & cognoſcere de ſubreptione, & nullitate abſolutionis, num.10 11. 76
Laicus Iudex quando teneatur impartiri brachium ordinibus Iudicis Eccleſiaſtici ibidem, num.11.
Laicus Iudex poteſt procedere ad pœnam periurij, num.13. 77
Legatum in ſingulos annos, pro primo anno dicitur purum, in ſequentibus verò conditionale, num.14. 123
Legatarius an poſsit capere rem legatam propria authoritate ex ordinatione teſtatoris, num.12. 137
Legatus à latere quis ſit, num.1. 86
Legatus à latere abſoluit à iuramento, num. 2. 86
Legatus à latere in ſua Prouintia cognoſcit de omnibus cauſis ad forum Eccleſiaſticum ſpectantibus, num.3. 86
Legatus à latere præſente Papa omnem iuriſdictionem dimittit, num.4. 86
Legatus à latere diſpenſat in omnibus caſibus, qui non ſunt ſpecialiter reſeruati, 5. 86
Legis mandatum, ſicut ſuperioris authoritas excuſat à periurio, num.5. 106
Lex ſi non adſiſtat neq; reſiſtat, an actus firmetur iuraramento, num.22. 41
Lex ciuilis ſuccumbit, ex defectu poteſtatis in materia ſpirituali, num.8. 61

M

MAior iurans ſine abſolutione, etiam ſi fuerit læſus, agere non poteſt, num. 13.
Matrimonium dolo initum tenet, num. 20. fol. 46
Matrimonium inter tutorem, & pupillum iure ciuili improbatum, tenet de iure canonico, num.13. 62
Minor iurãs num reſtitutionis beneficium amittat, num.1. & 4. 16
Minor ſine decreto, & ſine tutore cum iuramento alienat res immobiles, numero 3. 16
Minor qui iurauit abſolui debet, vt agere poſsit, num.5. 17
Minor vt reſtituatur; modica, colorata, & ſuperficiaria læſio ſufficit, quod ſecus eſt in maiore, num.12. 19
Minor mendax doloſè, & ſcienter, excluditur à remedio reſtitutionis in integrum, & beneficio abſolutionis iuramenti, num.18. 20
Minor in dubio præſumitur non doloſe, ſed ignoranter, & aduerſarij dolo inductus ad iurandum, num.18. 20
Minor ætas quomodo probetur, numero 19. fol. 20
Minoris in contractu, præſumptus dolus verò dolo æquiparatur. num.12. 6
Minoris iuramentum an firmet cõtractus inualidos, num.6. 17
Minoris iuramentum, an ei auferat beneficium iuris communis, num 9. 17
Minoris contractus, quibus, ex cauſis ſint inualidi, num.10. 18
Minoris iuramentum ſuper alienatione rei, in qua pater habet vſumfructum, an valeat, num.15. 19
Minoris iuramentum, vt valeat, num requiratur certioratio, num.16. 19
Minori concedenda eſt habilitatio, in omnibus caſibus in quibus iuramento, non obſtante reſtitui poteſt, num.17. 20
Miſsi qui nam dicantur, num.1. 88
Mulier quomodo abſoluatur à iuramento, num.7. 22
Mulier non conficiens inuentarium tenetur creditoribus vltra vires, numero 14. fol. 137
Mulieri nõ parcitur, in his, quæ pertinent ad ſollemnitatem iuris conſeruandam, num.15. 137
Mulieris interceſſio, an firmetur iuramento per totum, fol.21. & 22.

O

OBligata prædia minimè intelliguntur, ex quibus annui redditus percipiuntur,

tur,num.16. 123
Obligationis conditio non mutatur ex perſona haeredis,num.1. 64
Obligatio naturalis non oritur ex contractu facto contra prohibitionem legis,nu.2. 37
Officium Iudicis,quoddam reſcindẽs,aliud reſciſſorium.num.10. 2
Officium Iudicis competit ad obtinendum diſpenſationem,num.1. 99

P

Papa dicitur animata Eccleſia in poteſtate aſſumptus,item Princeps,& ſponſus Eccleſiae,num.1. 82
Papa poteſt totaliter iuramentum remittat ibidem num.2
Papa poteſt abſolutionem concedere, etiam ſi iuratum eſſet abſolutionem non petere à ſummo Pontifice ibidem,num.3
Papa an poſſit ſe ipſum abſoluere à iuramento ibidem,num.4
Papa, vt abſoluat an praecedere debeat iuſta cauſa,num.8. 83
Papa an poſſit abſoluere in praeiudicium tertij,num.9. 83
Papa in his, quae ſunt de iure poſitiuo diſpenſare poteſt,& eius voluntas erit prò ratione,num.12. 83
Pactum de futura ſucceſſione num iuramento firmetur,fol.63.num.17,& fol.64.num.2.& fol.65.num.7
Pactum de futura ſucceſſione, an auferat liberam teſtandi facultatem, numero 5. fol. 63
Pactum de futura ſucceſſione votum captanda mortis inducit ibidem, num.6
Pactum de futura ſucceſſione vtrum trahi poſsit, ad vim diſpoſitionis inter viuos, num.8.cum ſeq. 55
Pactum futurae ſucceſſionis reciprocum validum eſt,num.21. 67
Pactum futurae ſucceſſionis non reperitur prohibitum inter fratres, num.25. 66
Pariatio,pariator, & pariare quid ſignificent,num.20. 8
Peierare ciuiliter quomodo intelligatur, num.4. 98
Periurio incurſo pars altera remittere iuramentum non poteſt, num.1. 101
Pœnitentiarius vtrum abſoluat,numero 5 fol. 85
Pœnitentiarius non abſoluit quando Pontifici eſt reſeruata abſolutio ibidem.
num.3
Praelati inferiores Epiſcopi,non diſpenſant niſi in caſibus à iure expreſsis, num.3. fol. 91
Princeps concedendo caſtrum cũ iuriſdictionibus omnibus, non cenſetur conceſſiſſe merum Imperium,num.16. 119
Procurator habens generali mandatũ,num abſolutione ſit capax,num.2. 96
Prohibitio cum cauſa facta dicitur à teſtatore,ſi eſt deſignata perſona ad quam bona inſtituti vadant,num.19. 131
Prohibitio actus, vel publico, vel priuato fauori innititur,num.10. 38
Prohibitio ob publicam vtilitatem multipliciter conſideratur, num.12. 38
Prohibitio,quae reſpicit fauorẽ priuati,tollitur per iuramentum, num. 16. 39
Prohibita à lege ciuili, an iuramento firmentur, num.5. 60
Prohibitionis verba directa in rem, vel in perſonam valde differunt,num.21. 40
Prohibitiua diſpoſitio ſuppletur iuramento,quando non habet perpetuam cauſam prohibendi,num.11.fol.18. & num. 16. fol. 66
Promiſsionem ſeruari vigore contractus, aut inramenti quid referat, num.7. 2
Publicatio bonorũ, quae fit ex conſequentia poenae, quae fit, & quòd eam non poſſunt imponere, niſi qui habent merum Imperium,num.5. 118
Publicatio bonorum, quid ſit, & qui magiſtratus eandem imponere poſsint ibidem,num.6.& 7
Publicatio bonorum quotuplex ſit ibidem, num.8
Publicata bona cui applicabantur de iure communi,num.11 119
Publicatio bonorum eſt de Regalibus, & reſeruatis Principi. num.20. 125
Publicatis bonis,non veniunt ea, quae ſunt reſtitutioni ſubiecta,num.15. 130

R

Ratificare an poſsit principalis geſta per procuratorem ſine mandato, per totum,fol.126.& 127
Ratio legis, legis diſpoſitionem extendit, num.4. 129
Regalia non veniunt in generali conceſſione,num.18. 119
Regalia quo iure reſeruata Principi,num. 21. 120
Relaxatio totalis, ſeu plenaria,quae ſit, nu. 6.fol.2.

6.fol.2
Relaxatio totalis requirit partis citationem,num.6.& ſeq. 24
Relaxatio tunc conceditur quando nullitas contractus per iuramentum poteſt ſuppleri,num.1. 30
Relaxatio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio,num.3. 3
Religionis ingreſsio propter alterius dolum tenet,num.24. 47
Remedium l.2. C. de reſcind. vendit. num competat in tranſactione, num.23. 8
Reſtitutio in integrum . an per procuratorem peti poſsit,num.7. 97
Reſtitutio in integrum,& reſciſſorium remedium qualiter differant, & quod ſint remedia ordinarium, & extraordinarium,num.14. 19
Reſtitutio in integrum, quomodo cum actione concurrat, num.4. 100
Rex feuda creat, & nouas dignitates conſtituit,non etiam vtilis dominus, num. 10. 122

S

SEnatuſconſulto Velleiano iuuatur mulier,quæ pro alio intercedit,num.1. 21
Senatuſconſultum Velleianum, quibus caſibus ceſſet,num.2. 28
S.C. Velleiano num poſsit renunciari cum iuramento,num.4. 21
Signa etiam leuia in hæreſi ſufficiunt, dum tamen plenè ſint probata,num.7. 134
Simulatio eſt dolo proxima, num.1. 48
Simulatio ceſſat, vbi non eſt fraus ibidem, num.2
Simulatio quid, & quid ſimulatus contractus,num.3. 48
Simulatus contractus quotuplex, num. 4. fol.49.& num.17. 52
Simulatus præſumitur contractus ſtante pacto de retrouendendo, & pretij modicitate,num.8. 49
Simulatus ad hoc, vt præſumatur contractus, num ſufficiat pactum de retrouendendo, & pretij modicitas, vel etiam requiratur ſolitus fœnerandi,num 9.cum ſeq. 50
Simulationis exceptioni renuntiatio quid operetur,num.21. 54
Sindicus vniuerſitatis num abſque ſpeciali mandato iurare poſſit,num.3 96
Spolij iudicio agens debet probare poſſeſſionem antiquiorem penes ſe, poſteriorem vero cum vitio ſpolij penes conuentum, num.1. 142
Spoliatus ante omnia debet reſtitui, num. 2. eod.fol.
Spolij actio competit aduerſus ſpoliatorem, num.4. eod.fol.
Spoliator quis ſit, num.5. 142
Spolij in iudicio debet probari, nedum factum,ſed mens etiam,& propoſitum ſpoliandi,num.6. 142
Spolio agēs debet probare de ſua antiquiori poſſeſſione, num.9. 143
Subreptio vitiat abſolutionem Summi Pōtificis, quæ non ſuppletur, & clauſula motu proprio,vel ex certa ſcientia, & ſimilibus,num.14. 84
Subreptio, & obreptio obſunt abſolutioni impetratæ,num.1. 103
Subreptio,vt euitetur, quæ non ſint exprimenda,num.3.cum ſeq. 104
Subſtitutus excludit ſpurium, numero 8. fol. 130
Subſtitutus excludit filium naturalem in ſeruitate conceptum,non in figura matrimonij,num.9. 130
Subſtitutus excludit deportatum, num.10. eod.fol.
Subſtitutus excludit filios poſitos in conditione ſi illa ex aliqua cauſa non purificetur.num.11. eod.fol.
Superioris factum excuſat à periurio,nu. 3. 105
Suſpectus efficitur Iudex per ſolam recuſationem abſque probatione ſecundum ius ciuile, quod ſecus eſt de iure canonico, num.4. 139

T

TEſtator poteſt ordinare, quod in caſu delicti bona vadant ad alios non ad hæredes,num.18. 131
Teſtes quot, & quales eſſe debent in crimine hæreſis,vt conuincant, nu.2. 133
Teſtes item,& inſtrumenta,vt conuincant qualia eſſe debent,num.5. 133
Teſtes criminoſi, excōmunicati,& ſocij criminis an fauore fidei admittantur, & quam probationem faciant, num.6. 133
Teſtes inimici non probant in crimine hæreſis,num.8. 134
Textus in capitulo venerabilē de exornatur num.8. 87
Textus in capitulo primo, quæ ſint regalia declaratur,num.22. 120
Trebellianica detractio probiberi poteſt à teſtatore ſecundum communem opinionem,etiam in filijs primi gradus, num. 22. 131
Turpitudinem propriam, quando quis poſſit allegare,num.20. 54

I N D E X.

V

VIdua infra annum luctus nubere licet de iure canonico, quod ſecus erat de iure ciuili, num.12. 62

Vi deieciſſe is dicitur, qui expulſo veterе poſſeſſore acquiſitam per vim retinet poſſeſſionem, num. 5. 142

Vim non infert qui ſuam poſſeſſionem tuetur, num.8. 143

Voluntas teſtatoris in primis inſpicienda eſt in fideicommiſſis, prætermiſſa verborum proprietate, num.1. 129

Voluntas teſtatoris, aut expreſſa, aut ex vi expreſſi, aut ex coniecturis colligitur, num.3. eod.fol.

Voluntas teſtatoris in corde retenta nihil operatur, quod non procedit in tacita voluntate, quæ expreſſæ coheret, num.13. fol. 130

Votum captandæ mortis ceſſat per conſenſum reciprocum contrahentium, num. 27. 67

Vſura eſt contraria legi naturæ, & omni iure prohibita, num. 3. 55

Vſura acerrimè prohibita per legem Chriſtianam ibidem, num.5.

Vſura prohibita eſt creditoris odio, non fauore debitoris, num.6. 56

Vſuras promittens, cum iuramẽto, contrauenire non poteſt abſque abſolutione, num.6. 56

Vſuras ſoluere ex ſe peccatum non eſt ibidem, num.8

Vſuras promittens cum iuramento ligatur quo ad Deum ibidem, num.7.

Vſuras dare ad redimendam litem beneficij num liceat, num.1. 56

Vſuras ſcienter ſoluens, an repetat, num. 14.& 19.cum ſequenti. 57

Vſurario in cõtractu qualiter ſit impetranda abſolutio, nu.23. cum ſequenti. 58

Vſurarum in crimine eſt pœna publicationis bonorum in Regno, num.2. 118

Vſura fructuum vicem obtinent, nu.2. 55

Vſura crimen acrius antiqui puniebant, quam furtum, num.4. 55

Vſusfructus nihil habet commune cum domino, num.5. 122

Vſusfructuarius non venit appellatione domini ibidem, num.6.

Vſusfructuarius non tenetur ad onera, quæ tendunt ad rei conſeruationem, & perpetuam vtilitatem ibidem, nu.7.

Vſusfructuarius cauere tenetur de vtendo, fruendo arbitrio boni viri, nu.1. 136

Vſusfructuarius iudicis officio cõpelli poteſt ad ſatisdandum ibidem, num.2.

Vſusfructuarius antequam ſatisdet caret actione ibidem, num.3.

Vſusfructuarius qui non ſatisdedit, an lucretur fructus, nu.10.cum ſequenti. 163

F I N I S.

BIBLIOTECA

Errata ſic corrigito.

fol. nu. lin.
3 1 19 venerabilem venerabili
4 6 12 9 ſuperius contra ſuperius
5 7 42 anullantur, annullatur
6 12 16 col. ſi. col. 51
7 15 11 conſ. 13. conſ. 12.
7 16 3 rationem ratione
8 21 5 de cupreſs. ex vico damn. ex luco duph. lio. 13.
9 23 64 & 293. 193.
11 3 2 eſt ex
12 4 19 condictionem conditionem
ibidem 29 imperante impetrante
14 19 2 ipſe ipſo
15 19 42 de poſſeſsione de profeſsione
16 3 6 conſ. 129. 139.
18 9 29 num. 26. num. 62.
18 11 10 conſ. 37. conſ. 22
23 8 16 capud caput
23 in principio temporibus exemplis
23 1 10 quatenus, niſi quatenus
23 4 14 adhuc obſtet, habilitatio contractũ adhuc obſtet contractum
24 2 4 contrariam, quod partem citatio, contrariã partẽ, quod citatio
25 5 14 245. 345.
84. 4 3 quæ qui.

fol. nu. lin.
34 7 7 illuſtriſsimus inclitiſsimus
35 11 12 ſine interim ſi interitum
ibidem linea 13 reſpicere reſpiceret
35 15 1 intelligitur intelligit
36 16 25. capud caput
39 18 1 quod ſæpius, quod ſoleat ſæpius
53 18 2 apparatum appoſitum
54 21 18 lib. 1. deciſ. lib. 1 Rota deciſ.
66 15 4 conſ. 55. 515.
76 10 36 lapſus Lapus
77 21 10 200. 220.
82 in principio poterat pateat
87 4 1 conſulunt concludunt
89 12 7 pertinere pertinet
& lin. 13. fulcire fulciri
97 in ſummario num. 1. ex vi probationis, ex vi iuramenti

Ex alleg.

fol. 116 menit meminit
121 in argumento quod qui
In ſummario num. 1. & 4. adhoa adhoam
122 11 4 mobilia immobilia
126 3 10 & cum commu. & Cumanum
131 16 4 viam apud quoniam apud
142 11 pretendit prætendit

Cav. G. DI GIACOMO
PE RA
147